A

1090

II:

BIBLIOTHECA ACADEMIÆ SCIENTIARVM HVNGARICÆ
MDCCCXXVI

1964

FOTO NR

CATECHESIS RELI-
GIONIS CHRISTIANAE

VARADINI, 1652.
CSONKA!

SzK II. 784.
Lh: ESZTERGOM

# CATECHESIS
## ELIGIONIS CHRISTIANÆ,

in Eccleſiis & Scholis pleriſque Reformatis uſitata.

Antehac, cum Analyſi ad marginem, ubjectiſque S. Scripturæ locis adornata: Nunc verò in iiſdem ſedulò recognita, ac non paucis clarioribus S. Scripturæ teſtimoniis adaucta.

*Ex Illuſtrium Ordinum Hollandiæ & Weſtphriſiæ mandato, in uſum Scholarum ejuſdem Provinciæ de novo edita.*

*Modò verò etiam Orthodoxarum in Hungaria Scholarum uſui accommodata.*




Anno D. 1686.
1. Aprilis.

VARADINI,

Impenſis ABRAHAMI KERTESZ SZENCIENSIS.

Anno CIↃ IↃC LII.

# AD PRÆCEPTORES.

DUabus partibus, ornatiſſimi literatiſſimique viri, univerſa ſacra doctrina & diſciplina continetur: tum ea quæ hiſtoricè ſacrorum notitiam proſequitur & tradit; qualis eſt in divino verbo ſacra ſcriptura expreſſo, quæ pro re nata nobis eam ſparſim exhibet; ac ſane illa ipſa verè Theologia eſt, re & methodo planè divina: tum ea quæ didacticè inſtituitur, è verbo Dei eruta & conſtituta, quæ diffusè & identidem in ſacris dicta repetitaque, in unum quaſi corpus colligit & diſponit: ac *typus* & *hypotypoſis ſanorum ſermonum* ab Apoſtolo appellatur. Utraque in compendium redacta, & rudiorum ac puerorum captui accommodata, generalius *Catechiſmi* nomine antiquitus cenſebatur: duas complexa partes, & divinæ hiſtoriæ breviarium, quale exhibuimus utcunque in Sulpicio Severo; & doctrinæ ſacræ rudimentum, interrogatione & reſponſione ferè conſtans. Ut videre eſt apud Auguſtinum lib. de Catechizandis rudibus. Atque hoc Apoſtolo venit nominibus *Elementorum initii eloquiorum Dei*, & *lactis*, quod infan[illegible]ſt, qui rudes ſermonis juſtitiæ, cui *ſolidus cibus* opponitur, qui adultorum eſt, *propter habitum ſenſus exercitatos habentium ad diſcretio*[illegible] *boni & mali*: quos & adhortatur, inquiens: *Quapropter omiſſo qui in Chriſto rudes inchoat ſermone, ad perfectionem feramur, non jacientes rurſus fundamentum Reſipiſcentia ab operibus mortuis, & Fidei in Deum, Baptiſmatum doctrina, Impoſitionis manuum, Reſurrectionis mortuorum, Judiciique æterni.* Indicans ita ſumma doctrinæ hujus capita, quæ in religione Elementariis ſeu [illegible]echumenis tradebantur, *Reſipiſcentiam* ſcilicet, *Fidem, Baptiſma, Impoſitionemque manuum*, ſub quo & Cœna Domini comprehenditur, *Reſurrectionem & Judicium*. Quorum ſummaria exſtant in *Decalogo, Symbolo Apoſtolico*, ſeu *Regula Fidei*, ut eam Patres indigitant, *Oratione Dominica, Inſtitutione ſacri Miniſterii & Baptiſmi, Cœna Dominica*, ac *Diſciplina* denique *Eccleſiaſtica* præſcriptio. Quæ nobis Credenda, Facienda, Speranda, ſeu Fidem, Spem, & Charitatem, ac denique piè Exercenda, exponunt. Verùm enimverò hæc ipſa quidem convenienti methodo inter ſe conjuncta, cum brevi, ſimplici, facilique explicatione, ab Eccleſia Dei jam inde ab Apoſtolorum temporibus diligenter uſurpata fuerunt, ut Catechiſtarum munus, & Catecheſes

ſes ipſæ fidem faciunt: ſed demũ ejus uſus cum Eccleſia ipſa collapſus, in Eccleſiæ reformatione, Catechizandi ratione quaſi poſtliminio repetita, reſtitutus eſt, & ad certas præſcriptasq; formulas revocari cœpit. Inter quas Palatina & re & ordine concinna, illuſtris eſt, quæ, ut plerarumq; Eccleſiar. ita & noſtra, uſu facta eſt. Quam poſt varias editiones, poſtremũ cum analyſi ad marginem (oportuna ſane illi Catechizandi rationi in plenaria illa Dordracena Synodo præſcriptæ) cumq; teſtimoniis Scripturæ ad verbum expreſſis (quæ pueri addiſcant, *ne fides ipſorum humanis verbis, ſed S. Scriptura nitatur*) elaboratam, & adornatam, editamq; ; iteratò evulgamus, recognitam ſc. & clarioribus S. Scripturę teſtimoniis undiq; repoſitis illuſtratam. Vos autẽ Præceptores eruditiſſimi & induſtrii, animi morumq; adoleſcentię formatores, id veſtri omnino officii, curæ & ſollicitudinis reputate, ut non modo humanioribus literis teneros animos, ut recentes teſtulas, imbuatis, ſed inprimis eruditione cœleſti, pietate & Dei timore, qui integro de Deo rebusq; divinis ſenſu juxtà atque ejus cultu definiendus eſt. Hic etenim non modo principium omnis ſapientiæ, ſed præcipua & primaria, ipſaque adeo ſapientia eſt, ut Jobus, David, & filius ejus Salomon conteſtati ſunt. Quinimo hæc Dei reverentia *totum illud hominis eſt*, ut Sapiens Hebræus; & *unum illud neceſſarium*, & ſapientia Dei, Jeſus Chriſtus Dei filius pronunciant. Hoc itaq; agite: ut ita Parentes, quoad ejus fieri poteſt, domi; Præceptores gnaviter in Scholis; Divini verbi Miniſtri fideliter in Eccleſia, in hoc ſancto opere mutuam operam conferentes, ſeq; viciſſim excipientes, juventutem Chriſtianam, Reip. Chriſtianæ & Eccleſiæ ſeminarium, reddant efficiantq; Sacrorum intelligentes, Dei amantes, pietatiſq; omnis obſervantes, ad melioris vitæ adeptionem. Et vos honeſti, pii ac ſtudioſi juvenes, cœli candidati, cœleſtis vitæ hæredes, accipite hoc impollutæ & cœleſtis doctrinæ tyrocinium, quo inſtructi, in virum perfectum omnes excreſcatis, veteris gliſcentis lolii venena, verum Deum non hominum arbitrio, ſed Dei præſcripto colatis: atq; ita Deo hîc viventes, & illic in æternum cum eo vivatis, eoq; fruamini, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

CATE-



# CATECHESIS RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

Dominica I.

## QUÆSTIO I.

*Quæ eſt unica tua conſolatio in vita & in morte?*

*Summa.* *Unica mea conſolatio eſt, quòd ſum proprius Servatoris mei Jeſu Chriſti d: Et quòd me ut ſui proprium conſervat g.*

### RESPONSIO.

QUod 1. animo pariter & corpore (*a*) ſive vivam, ſive moriar (*b*) non meus (*c*,) ſed fidiſſimi Domini, & Servatoris mei Jeſu Chriſti proprius ſum (*d*:) qui — 1. Quomodo Chriſti proprius es?

2. pretioſo ſanguine ſuo pro omnibus peccatis meis pleniſſimè ſatisfaciens (*e*,) me ab omni poteſtate Diaboli liberavit (*f*,) meque ita conſervat (*g*,) — 2. Quomodo Chriſtus te ſibi proprium fecit?

3. ut ſine voluntate Patris mei cœleſtis, ne pilus quidem de meo capite poſſit cadere (*h*,) immò verò etiam omnia ſaluti meæ ſervire oporteat (*i*.) — 3. Quomodo conſervat te?

Quocirca 4. me quoque Spiritu ſuo Sancto de vita æterna certum facit (*k*) utque ipſi deinceps vivam, promptum ac paratum reddit (*l*.) — 4. Quomodo te certum facit de hac conſolatione?



*Teſti-*

### *Teſtimonia Scripturæ.*

Teſtimonia præponantur contextu.

(*a*) 1. Cor. 6. v. 20. Glorificate Deum *in corpore veſtro, & in ſpiritu veſtro, quæ ſunt Dei.*

(*b*) Rom. 14. 7. 8. Nullus noſtrûm ſibi ipſi vivit, & nullus ſibi ipſi moritur. Nam ſive vivimus, Domino vivimus: Sive morimur, Domino morimur. *Sive* igitur *vivamus, ſive moriamur*, *Domini ſumus.*

(*c*) 1. Cor. 6. 19. *Non eſtis veſtri juris.*

(*d*) 1. Cor. 3. 23. Omnia veſtra ſunt: *vos* autem *Chriſti.*

(*e*) 1. Pet. 1. 18. 19. Ut qui ſciatis vos non corruptibilibus rebus, argento vel auro fuiſſe redemtos ex vana illa veſtra converſatione à patribus tradita, ſed *pretioſo ſanguine*, utpote *agni inculpati & incontaminati*, nempe Chriſti.

* Cum ſatisfactum ſit pro peccatis noſtris ſanguine filii Dei: utique Chriſtus pleniſſimè pro nobis ſatisfecit.

Item 1. Joh. 1. 7. *Sanguis Jeſu Chriſti filii* * *ejus purgat nos ab omni peccato.*

Item 1. Tim. 2. 6. Chriſtus ſeſe ipſe dedit redemtionis pretium pro omnibus.

(*f*) Heb. 2. 14. 15. *Per mortem Chriſti abolevit eum* qui mortis imperium habet, hoc eſt, *Diabolum: Et liberos reddit*, *quotquot* metu mortis per omnem vitam *obnoxii erant ſervituti.*

(*g*) 2. Theſſ. 3. 3. Fidelis eſt *Dominus*, qui *ſtabiliet vos, & tuebitur ab illo malo.*

Item Joh. 6. 39. Hæc eſt voluntas Patris, qui miſit me, ut quicquid mihi dederit, *non perdã ex eo.*

(*h*) Matth. 10. 29. 30. 31. Nonne duo paſſerculi aſſario væneunt, & unus ex iis non cadet in terram *ſine Patre veſtro? veſtri verò etiam capilli capitis omnes numerati ſunt.* Non igitur timete: vos multis paſſerculis præſtatis.

Item Luc. 21. 18. *Pilus capitis veſtri non peribit.*

(*i*) Rom. 8. 28. *Novimus iis qui Deum diligunt, omnia ſimul adjumento eſſe ad bonum.*

(*k*) Rom. 8. 16. 17. *Spiritus Dei teſtatur unà cum ſpiritu noſtro, nos eſſe filios Dei:* quod ſi filii, *etiam*

hæredes:



*hæredes: hæredes quidem Dei: cohæredes autem Chriſti.*

Item Epheſ. 1. 14. *Spiritus* ille promiſſionis *ſanctus, eſt arrhabo hæreditatis noſtræ:* dum in libertatem vindicemur, ad laudem gloriæ ipſius.

(*l*) Luc. 1. 69. 74. 75. Deus Iſrael erexit cornu ſalutis nobis, in domo Davidis pueri ſui: Ut ſine metu è manu inimicorum noſtrorum liberati, *ſerviamus ipſi cum ſanctitate & juſtitia* in ipſius conſpectu, *cunctis vitæ noſtræ diebus.*

Item, Tit. 2. 14. Qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificavit ſibi populum peculiarem, accenſum ſtudio bonorum operum.

## QUÆSTIO II.

### *Quot ſunt tibi ſcitu neceſſaria, ut iſta conſolatione fruens beatè vivas & moriaris?*

*Ut prædicta conſolatione fruar, tria mihi ſcitu ſunt neceſſaria: quæ tres ſunt partes Catecheſeos.*

### RESPONSIO.

TRia: *Primum*, 1. quanta ſit peccati mei & miſeriæ meæ magnitudo *a*. *Secundum*, 2. quo pacto ab omni peccato & miſeria liberer *b*. Tertium, 3. quam gratiam Deo pro ea liberatione debeam *c*.

1. Quodnam eſt primum? 2. Quod ſecundum? 3. Quod tertium?

### *Teſtimonia Scripturæ.*

Apoſtolus Paulus tria hæc agit in Epiſtola ad Romanos.

(*a*) *Primum*, Cap. 1. à verſ. 18. uſque ad verſum 21. Cap. tertii, demonſtrat, tàm Judæos quàm gentes eſſe miſeros peccatores.

(*b*) *Deinde*, à verſ. 21. cap. 3. uſque ad finem cap. undecimi, oſtendit liberationem à peccatis factam per Jeſum Chriſtum.

(*c*) *Tertiò*, ab initio cap. 12. uſque ad finem Epiſtolæ, hortatur ad *gratitudinem* per obedientiam novæ vitæ.

Item,

Item, Tit. c. 3. v. 3. &c. Nam (*a*) eramus quondam & nos amentes, rebelles, errantes, ſervientes cupiditatibus & voluptatibus variis, in malitia & invidia degentes, odioſi, alii alios odio proſequentes, (*b*) ſed poſtquam bonitas & erga homines amor apparuit Servatoris noſtri Dei, *non ex operibus juſtitiæ quæ feceramus nos, ſed ex ſua miſericordia* ſervavit nos per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos *copioſè* per Jeſum Chriſtum Servatorem noſtrum, *ut juſtificati ipſius gratiâ* hæredes efficeremur, ſecundùm ſpem vitæ æternæ. (*c*) Fidus eſt hic ſermo, & hæc volo te affirmare; *ut ſtudeant bona opera tueri, qui crediderunt Deo:* Hæc illa ſunt bona & hominibus utilia.

---

# PRIMA PARS.

Dominica II.

# DE HOMINIS MISERIA.

*Primam partem miſeriæ meæ agnoſco ex lege Dei: a.*

## QUÆSTIO III.

*Unde agnoſcis miſeriam tuam?*

RESPONSIO.

Ex lege Dei. *a.*

*De miſeria hominis*) Miſeria hominis conſtat duabus partibus. 1. eſt peccatum. 2. pœna peccati.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Rom. 3. 20. *Per legem eſt agnitio peccati.* Item Rom. 7. 7. *Peccatum non agnovi, niſi per legem.* nam concupiſcentiam * non noſſem, niſi lex dixiſſet: *Non concupiſces.*

* Nempe eſſe peccatum.

## QUÆSTIO. IV.

*Lex Dei poſtulat à nobis*

*Quid à nobis poſtulat Lex Dei?*

RE-



RESPONSIO.

ID docet nos Chriſtus ſummatim Matth. 22. cap. 1. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua,* ex tota cogitatione tua, *& ex omnibus viribus tuis. Iſtud eſt primum, & maximum mandatum.* Secundum autem ſimile eſt huic: 2. *Diliges proximum tuum, ſicut teipſum.*

*Ab iſtis* duobus mandatis *tota Lex, & Prophetæ pendent.*

Matth. 22. 37. Item Marc. 12. 30. & Luc. 10. 27.
*Diliges Dominum Deum tuum*) Deut. 6. 5.
*Diliges proximum*) Lev. 19. 18.

*perfectam dilectionem; 1. Dei. 2. proximi.*

1. Quibus verbis lex poſtulat perfectam dilectionem Dei?
2. Quibus verbis lex poſtulat perfectam dilectionē proximi?

## QUÆSTIO V.

*Num hæc omnia perfectè ſervare potes?*

RESPONSIO.

Minimè *a*: 1. Naturâ enim propenſus ſum ad odium Dei *b*, & proximi *c*.

*Non poſſum perfectè diligere Deū & proximum a.*

1. Cur non potes?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Rom. 3. 10. 11. 12. Non eſt juſtus, ne unus quidem. Non eſt qui intelligat, non eſt qui exquirat Deum: *Omnes deflexerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat quod bonum eſt; non eſt uſque ad unum.*

(*b*) Rom. 8. 7. *Sapientia carnis, inimicitia eſt adverſus Deum. Legi enim Dei non ſubjicitur: Nam ne poteſt quidem.*

(*c*) Eph. 2. 3. Inter quos & nos omnes converſati ſumus olim, in cupiditatibus carnis noſtræ, facientes quæ carni & cogitationibus libebant: eramus naturâ filii iræ ut & reliqui.

(*d*) Tit. 3. 3. Item, Eramuſque quondam & nos amen-

amentes, rebelles, errantes, ſervientes cupiditatibus & voluptatibus variis, in malitia & invidia degentes, *odioſi, alii alios odio proſequentes.*

*Dominica III.*

*Deus hominem nō pravum & perverſum ſed bonum condidit a.*

## QUÆSTIO VI.

*Num ergò Deus hominem ita pravum & perverſum condidit?*

### RESPONSIO.

Nequaquam: Immò verò bonum *a*, & 1 ad imaginem ſui *b*, condidit eum, hoc eſt, 2. verâ juſtitiâ & ſanctitate præditum *c*, 3. ut Deum creatorem ſuum rectè agnoſceret, ex animo diligeret, cum eo beatus in æternum viveret, idq; ad eum laudandum & celebrandum *d*.

1. Quomodo bonum condidit? 2. In qua re conſiſtit Imago Dei? 3. In quē finem Deus hominem ad imaginem ſui condidit?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Gen. 1. 31. Viditque Deus *omne quod fecerat, & ecce bonum erat valdè.*

(*b*) Gen. 1. 27. *Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam; ad imaginem Dei creavit illum.*

(*c*) Eph. 4. 24. Induite *novum illum hominem, qui ſecundùm Deum conditus eſt ad juſtitiam & ſanctitatem veram.*

Item Col. 3. 10. Induite novum hominem qui renovatur *in agnitionem, ſecundùm imaginem ejus qui creavit eum.*

(*d*) Rom. 10. 5. Moſes deſcribit *juſtitiam quæ eſt* ex lege, quod qui præſtiterit ea vivet per ea. Quo pertinuit *Sacramentum arboris vitæ* in paradiſo; Gen. 2. v. 9.

*Pravitas naturæ humanæ exiſtit ex lapſu Adami & Evæ.*

## QUÆSTIO VII.

*Unde igitur exiſtit hæc naturæ humanæ pravitas?*

RE-



### RESPONSIO.

Ex lapſu & inobedientia primorum parentum Adami & Evæ in paradiſo *a*. Hinc 1. natura noſtra ita eſt depravata, ut omnes in peccatis concipiamur & naſcamur *b*.

1. Quid lapſus ille ad nos?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Rom. 5. 12. *Per unum hominem peccatum in mundum introiit*, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors tranſiit, in quo omnes peccarunt.

Pſal. 51. 7. Ecce *in iniquitate genitus ſum, & in peccato fovit me mater mea.*

Item, Joh. 3. 6. *Quod genitum eſt* * ex carne, † *caro eſt: & quod genitum eſt* ex Spiritu, *Spiritus eſt.*

* H. e. ex corrupta & peccatis inquinata natura. † H.e. Corruptum eſt & peccatis inquinatum.

*Dom. IV.*

*Natura noſtra adeò eſt depravata, ut 1. ad benè agendum prorſus non ſimus idonei. 2. ad omne vitium proclives.*

## QUÆSTIO VIII.

*An verò adeò corrupti ſumus, ut ad benè agendum prorſus non ſimus idonei: & ad omne vitium proclives?*

### RESPONSIO.

Certè *a*: 1. niſi per Spiritum Sanctum regeneremur *b*.

1. Nū verò ſemper in iſta pravitate & corruptione permanemus?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Rom. 7. verſ. 18. *Novi non habitare in me, id eſt, in carne mea bonum.*

Item, 2. Cor. 3. 5. *Non ſumus idonei ex nobis ipſis ad cogitandum quicquam, velut ex nobis ipſis.*

Item, Geneſ. 8. 21. *Figmentum cordis hominis eſt malum à pueritia ipſius.*

Item, Job. 15. 16. Abominabilis & contemtibilis * *homo bibens ut aquam* † iniquitatem.

* Homo corrupt⁹, homo vetus, & animalis. † H.e. peccare tam ill...

(*b*) Joh.

familiare ė, & proclive, ac facile, ut bibere aquā.

(*b*) Joh. 3. 5. *Niſi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non poteſt introire in regnum Dei.*

## QUÆSTIO IX.

### *An non igitur Deus homini injuriam facit, qui ab eo in legé flagitet, quæ præſtare non queat?*

*Deus homini non facit injuriam flagitando ab eo perfectam obedientiam Legis, tametſi eam præſtare nequeat*, a.

RESPONSIO.

Minimè *a*. 1. Nam Deus hominem talem condiderat, ut ea præſtare poſſet *b*: verùm homo, impulſore Diabolo *c*, ſuâ ipſius contumaciâ ſe & omnem poſteritatem divinis illis donis orbavit *d*.

*Hominem*) Primos nimirum parentes noſtros, qui ceu radix quædam fuerunt generis humani.

*Omnem poſteritatem.*) Quemadmodum quis feudum aliquod non ſibi tantùm, verùm etiam omnibus poſteris ſuis amittere poteſt.

*Illis donis.*) Hoc eſt, illis viribus, quibus præditus poterat perfectam obedientiam præſtare legi: omneſque poſteri ejus præſtare potuiſſent, niſi illas vires per peccatum homo amiſiſſet.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Rom. 1. 32. *Dei jus eſt, ut qui talia faciunt, digni ſint morte.*

Item, Matth. 18. 24. & ſequent. Simile eſt regnum cœlorum Regi, qui voluit conferre rationem cum ſervis ſuis. Et cùm cœpiſſet conferre, oblatus eſt ei quidam *debitor decies mille talentorum*: cùm autem non poſſet hæc reddere, juſſit eum dominus ejus venundari. & 24. v. tunc iratus Dominus ejus tradidit eum *Tortoribus*, uſque dum redderet id omne quod ſibi debebatur.

(*b*) Eccl.



(*b*) Eccl. 7. 29. Solummodò vide, hoc inveni, *Deum ipſum hominem feciſſe rectum.*

(*c*) 2. Cor. 11. 3. *Serpens Evam ſeduxit* calliditate *ſua.*

(*d*) Rom. 5. 19. *Per* inobedientiam unius hominis *peccatores conſtituti ſunt multi, &c.*

Item, Gen. 3. 7. Aperuerunt ſe oculi amborum, (*Adami & Evæ*) noverúntque *ſe nudos eſſe.*

## QUÆSTIO X.

### *Num Deus hanc contumaciam & defectionem hominis dimittit impunitam?*

*Deus iraſcitur peccatis* a. *Eaq; vult punire* g.

RESPONSIO.

Immò verò *a*. 1. horrendis modis iraſcitur *b*, tùm 2. ob innata nobis peccata *c*, tùm ob ea quæ ipſi committimus *d*: eaque juſtiſſimo judicio 3. temporalibus *e*, & æternis *f*, ſuppliciis punit *g*, quemadmodum 4. ipſe pronunciat, *Maledictus omnis qui non permanet in omnibus, quæ ſunt ſcripta in libro legis, ut ea faciat.*

1. Quomodo Deus iraſcitur peccatis? 2. Quotuplicia ſunt illa peccata? 3. Quotuplex eſt pœna peccati? 4. Unde ſcis Deum tàm graviter peccata velle punire?

*Quæſt. Num Deus*) Hæc & ſequens quæſtio agunt de altera parte miſeriæ noſtræ, nempe de pœna peccati.

*Maledictus.*) Gal. 3. 10. & Deut. 27. 26.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Pſal. 5. 6. *Non es Deus, qui delectatur improbitate, non eſt commoraturum apud te malum.*

(*b*) Pſal. 76. 8. Tu, inquam *formidabilis* es: ecquis conſiſteret coram Deo, *ex quo iraſceris?*

Item, Hebr. 10. 30. Horrendum eſt incidere in manus Dei vivi.

(*c*) Eph. 2. 3. *Nos omnes eramus naturâ filii iræ*, ut etiam reliqui.

Item,

Item, Rom. 5. 14. *Regnavit autem mors ab Adam uſque ad Moſen*, in eos etiam, qui non peccaverunt *ad ſimilitudinem tranſgreſſionis Adam* †.

† Sermo eſt de infantibus, quibus tametſi non actualiter peccent, ut Adam: tamen illis proclivitas ad peccandum eſt innata.

(*d*) Rom. 1. 8. *Ira Dei de cœlo retegitur adverſus omnem impietatem & injuſtitiam hominum.*

(*e*) Deut. 28. 15. Erit ſi non auſcultaveris voci Domini Dei tui, &c. Maledictus eris in civitate & maledictus eris ruri: maledictus corbis tuus & mactra tua, maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ: Fœtus boum tuorũ & greges pecudum tuarum: maledictus eris in ingreſſu tuo, & maledictus eris in egreſſu tuo.

(*f*) Eſa. 66. 24. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur*: eruntque nauſea omni carni.

Item, Matth. 25. 41. Abite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis ejus.

Item, 2. Pet, 2. 9. *Novit Dominus injuſtos in diem judicii ſervare puniendos.*

(*g*) Pſal. 5. 5. 7. Non es Deus qui delectatur improbitate: *non eſt commoraturum apud te malum. Perditurus es loquentes mendacium: virum ſanguinarium & doloſum abominatur Jehova.*

*Miſericordia Dei prædictam peccati pœnam graviſſimam non tollit.*

## QUÆSTIO XI.

*An non igitur Deus etiam eſt miſericors?*

### RESPONSIO.

1. Quamobrem?

1. Eſt ille quidem miſericors, verùm ita, ut etiam ſit juſtus *a*: Quapropter poſtulat ejus juſtitia, 2. quod adverſus ſummam Dei Majeſtatem commiſſum eſt, id quoque, ut ſummis, hoc eſt, ſempiternis cùm animi tùm corporis ſuppliciis luatur *b*.

2. Quid igitur poſtulat juſtitia Dei?

Teſti-



*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Exod. 34. 6. 7. *Domine, Domine Deus, miſericors* & gratioſus: longanimis, & multus benignitate ac fide: cuſtodiens benignitatem millibus, condonans iniquitatem & defectionem & peccatum: & qui *ullo pacto non abſolvit ſontem, viſitans iniquitatem* patrum in filios, & in filios filiorum, in nepotes, & in abnepotes.

Item Eſa. 33. 14. Expaverant Sione peccatores, corripuerat tremor hypocritas. Quis diverſabitur ex nobis cum igne conſumente? Quis diverſabitur ex nobis cum ardoribus perpetuis?

(*b*) 1. Theſſ. 1. 5. 6. 7. 8. 9. Hæc eſt demonſtratio juſti judicii Dei: ſiquidem juſtum eſt apud Deum, viciſſim reddere iis qui affligunt vos, afflictionem: vobis verò qui premimini, relaxationem nobiſcum *cùm pateſiet Dominus Jeſus de cœlo* cum angelis ſuis potentibus, cum igne flammante infligens ultionem iis, qui Deum non noverunt, neque auſcultant Evangelio Domini noſtri Jeſu Chriſti: qui pœnam pendent æterni exitii, expulſi à facie Domini, & à glorioſo ipſius robore.

---

Dominica. V.

# PARS SECUNDA.
# DE LIBERATIONE HOMINIS.

## QUÆSTIO XII.

*A pœna iſta quam commeriti ſumus, liberari nullo modo poſſumus: niſi plenaria fiat ſatisfactio.*

*Quoniam igitur juſto Dei judicio temporalibus & æternis pœnis obnoxii ſumus: eſtne reliqua ulla ratio, aut via qua his pœnis liberemur, & Deo reconciliemur?*

RE-

RESPONSIO.

*1. Cur opus eſt plenaria ſatisfactione? 2. Per quem plenaria illa ſatisfactio debet fieri?*

1. Vult Deus ſuæ juſtitiæ ſatisfieri *a*: quocirca neceſſe eſt, 2. vel per nos *b*, vel per alium ſatisfaciamus *c*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Heb. 9. 22. 23. Omnia ferè ſecundùm legem ſanguine purificantur, & abſque ſanguinis effuſione non fit remiſſio: Itaque *neceſſe* fuit exemplaria quidem eorum quæ ſunt in cœlis, hiſce rebus purificari, ipſa verò cœleſtia potioribus quàm hæc ſunt victimis.

(*b*) Ezech. 18. 4. Anima quæ peccaverit, morietur.

Item, Rom. 8. 3. Quod legi erat impoſſibile, quum infirmaretur per carnem, Deus ſuo ipſius filio miſſo *in ſimilitudine carnis peccati*, & pro peccato, condemnavit peccatum in carne: ut jus legis compleatur in nos.

(*c*) Matth. 5. 26. Amen dico tibi, nequaquam exibis illinc donec reddideris ultimum quadrantem.

Item, 2. Cor. 5. 21. Deus fecit, ut qui non novit peccatum, pro nobis peccatum eſſet, ut nos efficeremur juſtitia Dei in eo.

*Per nos non poſſumus ſatisfacere.* 2.

## QUÆSTIO XIII.

*Poſſumuſne ipſi per nos ſatisfacere?*

RESPONSIO.

1. Quamobrem? * h. e. debitum novæ pœnæ.

Nulla ex parte *a*: quin etiam 1. * debitum in ſingulos dies augemus *b*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Job. 9. 2. *Novi ita eſſe: nam qui juſtus eſſet mortalis comparatus cum Deo? ſi volet litigare cum eo, non poterit reſpondere ei ad unum ex mille.*

(*b*) 1. Reg. 8. 46. Nemo eſt qui non peccet.

Item,



Item, Rom. 2. 5. *Pro duritia tua, & corde quod reſipiſcere neſcit, theſaurum tibi ipſi recondis iram* in diem iræ & patefactionis juſti judicii *Dei*.

## QUÆSTIO XIV.

*Poteſtne ulla creaturarum in cœlo vel in terra, quæ tantùm creatura ſit, pro nobis ſatisfacere?*

*Pro nobis 1. nulla alia. 2 nec tantum creatura poteſt ſatisfacere.*

RESPONSIO.

Nulla. Nam principio 1. non vult Deus, quod homo peccavit, in ulla alia creatura plectere *a*. Deinde 2. nec poteſt quidem, quod nihil niſi creatura ſit, iram Dei adverſus peccatum ſuſtinere, & alios ab eâ liberare *b*.

1. Cur nulla alia creatura? 2. Cur non ea, quæ tantùm ſit creatura?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Gen. 2. 17. Quo die comederitis de eo *, utique moriturus es †.

* Nempe de fructu arboris vetitæ. † Tu ſcil. homo.

Item, Heb. 2. 13. 14. Ecce *pueri quos mihi dedit Deus*. Quoniam igitur pueri participes ſunt carnis & ſanguinis, ipſe quoque conſimiliter particeps factus eſt eorundem, ut per mortem aboleret *eum qui mortis habet imperium*, hoc eſt, Diabolum, &c. Non enim utique Angelos aſſumpſit, ſed ſemen Abrahæ aſſumpſit.

(*b*) Jerem. 4. 4. Jehova excandeſcentiâ prodit ut ignis, quia ira ardet, ut nullus poſſit extinguere.

Item Pſal. 130. 3. *Si iniquitates obſervaveris Jah,* Domine quis poſſit conſiſtere?

## QUÆSTIO. XV.

*Quis ergò quærendus eſt Mediator & Liberator?*

*Tria ſunt requiſita Mediatoris noſtri.*

REPONSIO.

1. Quodnam eſt primum? 2. Quod ſecundum? 3. Quod tertium?

1. QUi verus quidem homo ſit *a*, ac 2. perfectè juſtus *b*: & tamen 3. omnibus creaturis potentior, hoc eſt: qui ſimul etiam ſit verus Deus *c*.

*Simul verus* DEUS) Nimirum DEUS & homo in unitate perſonæ, Mediator *theantropos*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) 1. Cor. 15. 21. *Per unum hominem mors, per hominem quoque reſurrectio mortuorum.*

Item, Heb. 2. 17. *Debuit per omnia fratribus ſimilis fieri*: ut miſericors eſſet, & fidelis Pontifex in iis quæ apud Deum agenda forent, ad expiandum peccata populi.

(*b*) Heb. 7. 26. *Talis nos decebat Pontifex; ſanctus, ſine vitio, ſine labe, ſegregatus à peccatoribus.*

(*c*) Hoſ. 1. 7. Domus Jehudæ, miſerebor, *ſervaboque eos per Dominum Deum ipſorum.*

Item, Jer. 23. 6. Hoc nomen ejus eſt, quo *vocabit eum* Iſrael, ô *Iehova juſtitia noſtra.*

Dominica VI.

*Cauſa cur Mediatorem oporteat eſſe verum hominem:*

## QUÆSTIO XVI.

### *Cur neceſſe eſt eum verum hominem, & quidem perfectè juſtum eſſe?*

RESPONSIO.

1. Cur verum hominem eſſe oportuit? 2. Cur perfectè juſtum hominem?

1. QUia juſtitia Dei poſtulat, ut eadem natura humana, quæ peccavit, ipſa pro peccato dependat *a*: qui verò 2. ipſe peccator eſſet, pro aliis dependere non poſſit *b*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Exod. 32. 33. *Eum qui peccaverit mihi, delebo de libro meo.*

Item,



Itē, Heb. 2. 14. Quoniam igitur pueri participes ſunt carnis & ſanguinis, *ipſe* quoq; *conſimiliter eorundem particeps factus* eſt, &c. Non utique *angelos* aſſumpſit, ſed *ſemen Abrahæ*.

Item, Heb. 5. 1. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ apud Deum agenda ſunt, ut offerat donaria & victimas pro peccatis.

(*b*) Heb. 7. 26. *Talis nos decebat Pontifex*, ſanctus, ſine vitio, ſine labe, ſegregatus à peccatoribus, & ſublimior cœlis factus. *Cui non ſit quotidie neceſſe*, quemadmodum illis pontificibus, *prius pro peccatis victimas offerre: Deinde pro peccatis populi.*

*Tres indicantur cauſæ, cur Mediatorem oporteat etiam verè Deum eſſe.*

## QUÆSTIO XVII.

### *Quare oportet eum ſimul etiam verè DEUM eſſe?*

RESPONSIO.

1. Quæ eſt prima? 2. Quæ eſt altera? 3. Quæ eſt tertia?

1. UT potentiâ ſuæ divinitatis onus iræ divinæ carne ſua ſuſtinere *a*: nobiſque 2. amiſſam juſtitiam & vitam reparare *b*, ac 3. reſtituere poſſet *c*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Eſa. 9. 6. Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, cujus humero adſit Principatus ipſe, cujus nomen vocat Jehovah *Deum robuſtiſſimum.*

Item, Act. 20. 28. Deus redemit Eccleſiam proprio ſanguine.

Item, Heb. 9. 14. Quantò magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum æternum ſe ipſum obtulit inculpatum Deo, purgabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, &c.

Item, 1. Pet. 3. 18. Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus fuit, juſtus pro injuſtis, ut nos ad Deum adduceret, mortificatus quidem carne, vivificatus autem *Spiritu*, i. divinitatis ſuæ vi.

 (*b*) Je-

(*b*) Jerem. 33. 16. Diebus illis ſervabitur Jehuda, & Jeruſchalaimorum civitas habitavit ſecure: is autem qui vocabit eam, *erit Jehova juſtitia noſtra* *.

* Dum eam juſtitiam quæ coram Deo conſiſtit, nobis acquirit & donat.

Item, Eſa. 45. 21. 24. Annon ego Iehova, nulluſque amplius Deus præter me, fortis, juſtus & ſervator? Nullus præterquam ego, &c. In Domino juſtificabuntur & gloriabuntur totum ſemen Iſraëlis.

(*c*) 1. Joh. 4. 9. Per hoc perfecta eſt charitas Dei in nos, quod *Filium illum ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, ut vivamus* † *per eum.*

† Quam vitam nobis morte ſua acquiſivit, & per Spiritum ſuum efficaciter in nobis operatur.

## QUÆSTIO XVIII.

### *Quis autem eſt ille Mediator, qui ſimul verè Deus, & verus ac perfectè juſtus homo?*

*Talis Mediator, nempe 1. verus Deus 2. verus homo. 3. Juſtus homo eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus 2.*

### RESPONSIO.

Dominus noſter Jeſus Chriſtus *a*: qui factus eſt nobis 1. ſapientia à Deo, juſtitia, ſanctificatio, & redemptio *b*.

1. Cur nobis datus eſt Mediator?

*Redemptio*) hoc eſt, redemptor. Quia nimirum vera redemptoris requiſita ei competunt, ut ſupra dictum.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

*Chriſtus Mediator noſter.*

(*a*) 1. Tim. 2. 5. 6. Unus eſt mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus: qui ſeſe ipſe tradidit redemptionis pretium pro omnibus.

*Chriſtus verus Deus.*

Item, Joh. 1. 2. 3. 4. 5. In principio erat ſermo ille, & * ſermo ille erat apud Deum, *eratque ille ſermo*

* Per ſermonem Johannes intelligit unigenitum filium Dei: ſicut patet ex verſu 24. Et vidimus gloriam ejus, gloriam ut unigeniti à Patre.



*Sermo* Deus. Hic ſermo erat in principio apud Deum.

*Chriſtus verus homo.*

Item, Joh. 1. 14. *Sermo ille factus eſt* caro * & commoratus eſt inter nos.

* Hoc eſt: Unigenitus Filius Dei aſſumſit naturam humanam.

Item Phil. 2. 7. 8. *Jeſus Chriſtus*, quum eſſet in forma Dei, non duxit rapinam, parem eſſe cum Deo, ſed *ipſe exinanivit ſeſe*, forma ſervi accepta, ſimilis hominibus factus, & habitu compertus ut homo.

*Chriſtus juſtus homo.*

Item 1. Pet. 3. 18. Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus fuit, *juſtus pro injuſtis*: ut nos ad Deum adduceret.

(*b*) 1. Cor. 1. 30. Chriſtus Jeſus factus eſt nobis ſapientia à Deo, juſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.

## QUÆSTIO XIX.

### *Unde id ſcis?*

*Jeſum Chriſtum perfectum hunc eſſe Mediatorem ſcio ex Euangelio à Deo 1. olim patefacto. 2. propagato. 3. adumbrato. 4. & completo.*

### REPONSIO.

Ex Euangelio: quod Deus 1. primùm in Paradiſo patefecit *a*; ac deinceps 2. per Patriarchas *b* & prophetas *c* propagavit; 3. reliquiſque ceremoniis legis adumbravit *d*. Ad extremum verò 4. per filium ſuum unigenitum complevit *e*.

Hinc talis Euangelii Definitio colligitur: Euangelium eſt publica prædicatio de Filio Dei in carne manifeſtato. Rom. 1. 1. 2. 3. ad reparandum & ſalvandum populum ſuum. Matth. 1. 21.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(a) Gen.3.14. Ponam inimicitias inter te * & ipſam mulierem, & inter ſemen tuum & ſemen ejus †: *ipſum conteret tibi caput*, & tu conteres ei calcaneum *.

[* Deus ad ſerpentem. Hic verò ſerpens eſt Sathan & Diabolus. Apoc. 12. 9. & 20. 2. † Semen ſerpentis ſunt filii Diaboli ſive impii Matth.3. 7. & Joh. 8. 44. Semen mulieris eſt Chriſtus. Gal. 4. 4. * Chriſtus conterit caput ſerpentis, dum deſtruit opera Diaboli, 1. Joh. 3. 8. Serpens autem ſive Sathan conterit Chriſto calcaneum, dum eum ſecundùm carnem trucidavit, & adhuc eum in membris ſuis perſequitur: abſque tamen damno & detrimento ſalutis eorum].

(b) *In ſemine* { Gen. 22. 18. *Abrahami* / Gen. 26. 4. *Iſaaci* / Gen.29.14. *Iacobi* } (Quod eſt Chriſtus) Gal. 3.16. *benedicentur omnes gentes.*

Item, Gen. 49. 10. Non recedet ſceptrum ex Juda, & legiſlator è pedibus ejus, donec *veniat* † *Siloh: & ei erit aggreſsio populorum.*

† Meſſias ſive Chriſtus.

(c) Act. 3. 24. *Omnes Prophetæ à Samuele, & iis qui deinceps ſequuti ſunt, quotquot loquuti ſunt, etiam prænunciarunt dies iſtos.*

Item, Actor. 10. 43. *Huic (Jeſu) omnes Prophetæ teſtimonium dant remiſsionem peccatorum accepturum per nomen ejus, quemvis qui crediderit in eum.*

(d) Heb. c.8. v.4. & 5. *Sacerdotes qui ſecundùm legem offerunt dona, exemplari & umbræ deſerviunt rerum cæleſtium.*

Item, Heb. 10. 1. *Lex * umbram obtinens futurorum bonorum, non ipſam expreſſam formam rerum.*

* Lex nimirum ceremonialis

Item, Coloſſ. 2. 16. 17. *Dies feſti, novilunia & Sabbatha erant umbræ rerum futurarum:* at corpus eſt Chriſti.

(e) Joh.



(e) Joh. 1. 29. Ecce *agnus ille Dei* †, *qui tollit peccatum mundi.*

Item, 1. Cor. 5. 7. *Paſcha* noſtrum *pro nobis ſacrificatum* eſt, *Chriſtus.*

Item, Act. 13. 32. 33. Et nos vobis Euangelizamus eam *promiſsionem quæ patribus facta eſt, Deum* videlicet eam *expleviſſe filiis eorum*, id eſt, *nobis, ſuſcitato Jeſu.*

† Quem ab æterno prædeſtinavit: quique per immolationem agni Paſchalis aliaſque ceremonias in Veteri Teſt. fuit adumbrat'.

## QUÆSTIO XX.

*Num igitur omnibus hominibus qui in Adamo perierant, per Chriſtum ſalus redditur?*

Dominica. VII.

*Non omnes filii Adami per Chriſtum ſervantur,* a. *ſed tantùm credentes* b.

### RESPONSIO.

NOn omnibus *a*: verùm iis tantùm, qui vera fide ipſi inſeruntur, ejuſque beneficia amplectuntur *b.*

*Teſtimonia Scripturæ.*

(a) Matth. 7. 13. 14. Lata eſt porta & *ſpatioſa via quæ abducit in exitium: multique ſunt, qui introeunt per eam:* quia anguſta eſt porta & ſtricta eſt via, quæ ducit ad vitam; & pauci ſunt qui inveniant eam.

(b) Joh.3.16.17.18. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum dederit, ut *quiſquis credit in eum, non pereat; ſed habeat vitam æternam.*

Item, Joh.3.36. *Qui credit in Filium, habet vitam æternam,* qui verò non obtemperat Filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.

## QUÆSTIO XXI.

*Quid eſt fides?*

*Ad veram fidem non ſufficit nuda notitia, & aſſenſus verbi Dei* a. *ſed requiritur inſuper fiducia promiſsionum Evangelii.*

 RE-

## RESPONSIO.

1. Qualis eſt notitia, & aſſenſus fides tua ?

2. Qualis fiducia ?

3. Unde eſt hæc fiducia ?

4. Per quid Spiritus S. illam fiduciam accendit ?

5. Qua de re certus es per illam fiduciam ?

6. Quomodo credis illa beneficia tibi per Chriſtum donari ?

Eſt non tantùm certa notitia *a*, 1. quâ firmiter aſſentior omnibus, quæ Deus nobis in verbo ſuo patefecit *b*: ſed etiam 2. certa *c* fiducia *d*, 3. à Spiritu ſancto *e* 4. per Euangelium *f* in corde meo accenſa, qua in Deo acquieſco, certò ſtatuens, 5. non ſolú aliis, ſed MIHI quoque remiſſionem peccatorum, æternam juſtitiam, & vitam donatam eſſe *g*, 6. idque gratis ex Dei miſericordia *h*, propter unius Chriſti meritum *i*.

*Propter meritum Chriſti* ) Juxta promiſſiones Euangelii.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Eſa. 53. 11. Cognitione ſui juſtificabit juſtus ſervus meus multos.

Item, Rom. 10. 14. 17. Quomodo credent de quo non audiverunt ? quomodo audient abſque prædicante ?

(*b*) Act. 24. 14. *Credo omnibus, quæ in lege, & in Prophetis ſcripta ſunt.*

(*c*) Jac. 1. 6. Poſtulet *cum fide* nihil hæſitans. Nam qui hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui ventis agitatur & jactatur.

(*d*) Matth. 9. 22. Confide filia, fides tua te ſervavit.

Item, Rom. 4. 20. 21. *Abraham* ad hanc promiſſionem *non addubitavit* infidelitate : ſed corroboravit ſeſe fide, tributa gloria Deo : ac *plenè perſuaſum habens*, eum, quod promiſerat , poſſe etiam facere.

Item, Eph. 3. 12. In Domino noſtro Chriſto habe-



-mus libertatem, & aditum *cum fiducia* per fidem ipſius.

(*e*) 2. Cor. 4. 13. Quoniam habemus eundem *Spiritum fidei* ſecundùm illud quod ſcriptum eſt, *Credidi & ideò loquutus ſum* : nos quoque credimus, quam ob rem etiam loquimur.

(*f*) Rom. 10. 17. *Fides ex auditu eſt* : auditus autem per verbum Dei.

(*g*) Pſal. 103. 1. 2. Benedic anima mea Jehovæ, & ne obliviſcaris ullius beneficiorum ejus. *Qui condonat omnes iniquitates tuas. Qui medetur omnibus morbis tuis.*

Item, Matth. 9. 2. Confide, fili, *remiſſa ſunt tibi peccata tua.*

Item, Gal. 2. 20. Vivo autem non amplius ego: ſed *vivit in me Chriſtus* : & vitam, quam nunc vivo in carne; vivo per fidem illam *Filii Dei*, qui *dilexit me*, & *tradidit ſemet pro me.*

Item, 2. Tim. 4. 8. Quod reliquum eſt, poſita eſt mihi *juſtitiæ corona* ; quam *reddet mihi Dominus* in illo die juſtus ille judex : non ſolùm autem *mihi*, ſed *omnibus*, qui expetiverunt illuſtrem illum ipſius adventum.

(*h*) Epheſ. 2. 8. 9. Gratiâ illâ eſtis ſervati per fidem: & hoc non ex vobis ; *Dei donum eſt* : *Non ex operibus*, ut ne quis glorietur.

(*i*) Eph. 1. 7. *In Chriſto dilecto habemus redemptionem per ſanguinem ipſius* , remiſſionem offenſarum, prout eſt dives ipſius gratia.

Item, Col. 1. 14. In quo *habemus redemptionem per ſanguinem ipſius*, remiſſionem peccatorum.

## QUÆSTIO XXII.

*Hominem Chriſtianum neceſſe eſt credere omnes promiſſiones Euangelii.*

### *Quænam ſunt illa, quæ neceſſe eſt hominem Chriſtianum credere ?*

RE-

RESPONSIO.

1. Quænam eſt ſumma Euangelii nobis credenda?

OMnia quæ nobis in Euangelio promittuntur *a*: quorum ſumma 1. in Symbolo Apoſtolico ſeu in capitibus Catholicæ & indubitatæ omnium Chriſtianorum fidei breviter comprehenditur.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Marc. 1. 15. Reſipiſcite, & *credite Evangelio.* Item, Marc. 16. 15. 16. Profecti in mundum univerſum *prædicate Euangelium* omni creaturæ. *Qui* * *crediderit*, & baptizatus fuerit, *ſalvabitur.*

* Scil. Euangelio prædicato.

QUÆSTIO XXIII.

*Quid eſt illud Symbolum?*

RESPONSIO.

*Credo in* DEUM PATREM, *omnipotentem, creatorem cœli & terræ.*

*Et in* JESUM CHRISTUM, *Filium ejus unigenitum, Dominum noſtrum.*

*Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine.*

*Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus, deſcendit ad inferos.*

*Tertio die reſurexit à mortuis.*

*Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dextram Dei Patris omnipotentis.*

*Indè venturus eſt ad judicandum vivos & mortuos.*

*Credo in* SPIRITUM *Sanctum.*

*Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam:*

*Sancto-*



*Sanctorum communionem?*

*Remiſſionem peccatorum:*

*Carnis reſurrectionem:*

*Et vitam æternam,* AMEN.

Dominica VIII.

QUÆSTIO XXIV.

*In quot partes dividitur hoc Symbolum?*

*Symbolum diſtribuitur in tres partes.*

RESPONSIO.

1. Quænam eſt prima? 2. Quæ altera? 3. Quæ tertia?

IN tres partes: 1. Prima eſt, de æterno Patre & noſtri creatione. 2. Altera eſt, de Filio & noſtri redemptione. 3. Tertia eſt, de Spiritu Sancto & noſtri ſanctificatione.

QUÆSTIO XXV.

*Cum una tantùm ſit eſſentia divina, cur tres iſtos nominas, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum?*

*Eſt una eſſentia divina: & tres divinæ perſonæ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, quæ verè & realiter ſunt diſtinctæ: & tamen ſimul unus & æternus Deus.*

RESPONSIO.

1. Cur hæc omnia credis?

1. QUia Deus ita ſe in ſuo verbo patefecit: quod tres hæ diſtinctæ perſonæ, ſint unus ille verus & æternus Deus *a*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

*Una Dei eſſentia.*

(*a*) Deut. 6. 4. & Marc. 12. 39. Audi Iſrael, *Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt.*

Item, 1. Cor. 8. 4. *Scimus nullum eſſe Deum alium, niſi unum.*

Item, Eſa. 61. & Luc. 4. 18. Spiritus Domini eſt ſuper me, eo quòd unxit me ad euangelizandum pauperibus.

Item,

Item, Eſa. 63. 8. Nam dixit (*Jehova*:) utique populus meus ſunt, &c. In omni anguſtia illorum non affecit illos anguſtia: ſed *Angelus faciei* (*id eſt Filius Dei*) ejus ſervavit eos, dilectione ſua & clementia ſua vindicavit, & imponens eos ſibi, bajulavit eos omnibus diebus ſeculi. Nam ipſi rebellantibus & dolore afficientibus *Spiritum ſanctitatis* ejus, mutabatur quidem ipſis in inimicum, ipſe repugnabat eis: ſed recordabatur dierum priſcorum.

*Tres perſonæ in una Dei eſſentia.*

Item, Matth. 3. 16. 17. Baptizatus Chriſtus, adſcendit ſtatim ex aqua: & ecce aperti ſunt ei cœli, & vidit *Spiritum* Dei deſcendentem quaſi columbam, & venientem ſuper ipſum. *Et ecce vox adſuit è cœlis*, dicens: *Hic eſt Filius ille meus dilectus*, in quo acquieſco.

Item, Matth. 28. 19. Profecti ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine *Patris, Filii, & Spiritus Sancti.*

Tres diſtinctæ perſonæ.

Item, Joh. 14. 16. *Ego* rogabo *Patrem & ALIUM Advocatum* dabit vobis.

Item, Joh. 15. 26. Cùm venerit *Advocatus ille* quem ego mittam vobis *à Patre*, Spiritus inquam ille veritatis, qui à Patre emanat, ille teſtabitur *de me.*

Tres diſtinctæ perſonæ ſunt ſimul unus Deus.

Item, 1. Joh. 5. 7. Tres ſunt, qui teſtificantur in cœlo, *Pater, Sermo, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum ſunt.*

Item, Joh. 10. 30. *Ego & Pater unum ſumus.*

Dominica. IX.

# DE DEO PATRE.

## QUÆSTIO XXVI.

*Quid credis cùm dicis:* Credo in DEUM PATREM omnipotentem Creatorem cœli & terræ?

*De Deo Patre credo, quod etiam ſit Deus meus & Pater meus, & in quo confido & acquieſco f.*

RE-



## RESPONSIO.

Credo, 1. æternum Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti *a*, qui 2. cœlum & terram cum omnibus, quæ in iis ſunt, ex nihilo creavit *b*, quique eadem æterno ſuo conſilio & providentia ſuſtentat, ac gubernat *c*, 3. propter Chriſtum *d*, Deum meum, & Patrem meum eſſe *e*: itaque, ſic ei confido *f*, ſic in eo acquieſco, 4. ut non dubitem quin proviſurus ſit omnibus, tùm animo, tùm corpori meo neceſſariis *g*: quin etiam quæ mihi mala in hac ærumnoſa vita immittit, ea in meam ſalutem ſit converſurus *h*: cum 5. & facere id poſſit, ut omnipotens Deus *i*: & facere id velit, ut benignus Pater *k*.

1. Quê intelligis hoc loco nomine Patris? 2. Cur dicitur omnipotens creator cœli & terræ? 3. Quomodo factus eſt Deus tuus & Pater tuus? 4. Quomodo ei confidis? 5. Quodnam habes fundementum hujus tuæ fiduciæ.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Eph. 1. 3. Benedictus *Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

(*b*) Act. 4. 24. Domine, tu Deus es ille, qui *feciſti cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt.*

Item, Heb. 11. 3. Per fidem intelligimus *conſtructum fuiſſe mundum verbo Dei, ut quæ cernimus non ſint ex apparentibus* facta.

(*c*) Eph. 1. 11. *Omnia efficit ex conſilio voluntatis ſuæ.*

Item, Pſal. 148. 5. 6. Laudent nomen Jehovæ, quæ ipſo præcipiente illico creata ſunt. *Qui ſtabilivit in ſempiternum, in ſeculum, quibus decretum dedit quod nullum tranſgrediatur.*

Item, Joh. 5. 17. *Pater meus uſque adhuc operatur* *, & ego † operor.

* Dum omnia conſervat & gubernat. † Chriſtus.

(*d*) Eph.

(*d*) Eph. 1. 5. 6. *Deus prædeſtinavit nos, quos adoptaret in filios per Jeſum Chriſtum* in ſeſe pro benevolo affectu voluntatis ſuæ ad laudem glorioſę ſuæ gratiæ: quâ *nos gratis ſibi gratos effecit in illo dilecto.*

(*e*) Joh. 20. 17. Proficiſcere ad fratres meos, & dic eis, Aſcendo *ad Patrem meum & Patrem veſtrum, ad Deum meum & Deum veſtrum.*

Item, 1. Joh. 3. 1. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, nempe *ut filii Dei vocemur.*

(*f*) Pſal. 118. 8. *Melius eſt recipere ſe ad Jehovam*, quàm fiduciam habere in ingenuis.

Item, Prov. 3. 5. *Fiduciam habe in Jehova, ex toto animo tuo.*

(*g*) 1. Pet. 5. 7. Omnem curam in eum conjicite, nam *illi cura eſt de vobis.*

(*h*) Heb. 12. 10. 11. Corporum noſtrorum patres ad paucos dies, prout ipſis videbatur, nos caſtigabant: *hic* autem *ad commodum noſtrum*, ut participes ſimus ſanctimoniæ ipſius. *Omnis* autem *caſtigatio* in præſens quidem non videtur eſſe gaudii, ſed triſtitiæ: at poſtea *fructum tranquillum illum juſtitiæ reddit iis, qui per eam fuerint exercitati.*

(*i*) Pſal. 115. 5. *Deus noſter in ipſis cœlis eſt; quicquid placet facit.*

Item, Pſal. 135. 5. 6. *Ego novi magnum eſſe Jehovam*, & dominum noſtrum ſuperiorem omnibus Diis; *quicquid placet ſibi, Jehova facit* in cœlis ac in terra, per maria & omnes abyſſos.

(*k*) Pſal. 103. 3. *Ut miſeretur pater filiorum, miſeretur Jehova timentium ipſum.*

Item, Matth. 7. 11. Si vos cùm ſitis mali, noſtis bona dare liberis veſtris: quantò magis Pater noſter *cœleſtis dabit bona iis, qui ab ipſo petent.*

Dominica X.

*Providentia Dei eſt vis Dei, qua omnia ſuſtinet & gubernat* c.

## QUÆSTIO XXVII.

*Quid eſt providentia Dei?*



### RESPONSIO.

1. OMnipotens *a*, & ubique præſens *b*, Dei vis, quâ cœlum ac terram cum omnibus creaturis tanquam manu ſuſtinet ac gubernat *c*. ut 2. quæ terrâ naſcuntur, pluvia item & ſiccitas, fertilitas, & ſterilitas, cibus & potus *d*, bona & adverſa valetudo *e*, divitiæ & paupertas *f*, omnia denique 3. non temerè aut fortuitò, ſed paterno ejus conſilio & voluntate contingant *g*.

1. Qualis eſt iſta vis?

2. Enumera mihi aliquot Exempla earum rerum, quas Deus ſua providentia gubernat.

3. Quomodo Deus iſt hæc, & cætera omnia gubernat?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Eſa. 40. 26. Attollite in ſublime oculos veſtros & videte, *quis creavit iſta*, producens numero ſuo exercitum ipſorum, quis iſta omnia vocet de nomine præ amplitudine *virium*. prout *fortis eſt robore:* adeò ut quicquam non deſit.

Item, Heb. 1. 3. Suſtinet omnia verbo potentiæ ſuæ.

(*b*) Pſal. 139. 7. 8. 9. 10. Quò irem à Spiritu tuo? aut quò à facie tua fugerem? ſi ſcanderem cœlos, *illic es*, ut ſtratum ponerem in ſepulchro, *ecce ades*, ſi aſſumerem alas auroræ, habitaturus in extremitâte maris, *etiam illuc manus tua deduceret me, & prehenderet me dextra tua.*

Item, Act. 17. 27. *Deus non longè abeſt ab unoquoque noſtrûm.*

(*e*) Neh. 9. 6. *Tu ille Jehova ſolus es*, tu feciſti cœlos, cœlos cœlorum, & omnem exercitum eorum, terram & quicquid eſt in ea, mare & quicquid eſt in eo, & tu conſervas hæc e dē omnia. &c.

Item, Pſ. 103. 19. *Jehova* in cœlis ſtabilivit ſolium ſuum, & regnum ipſius *omnibus præſidet.*

Item, Act. 17. 28. *In ipſo vivimus, movemur, & ſumus.*

(*a*) Pſal.

(*d*) Pſal. 104. 13. 14. 15. 16. *Qui irrigat montes è cœnaculis ſuis, ut à fructu operum tuorum ſatietur terra: faciens ut germinet fœnum* ad jumentum, & *herba* ad hominis uſum, ut depromant *cibum è terra*. Qui *vino* lætificat cor mortalis, nitidam efficit faciem oleo, & cibo cor mortalis fulcit: ſatiantur *arbores* Jehovæ, cedri Libani, quas plantavit, &c.

Item, Act. 14. 17. Non paſſus eſt ſeſe expertem teſtimonii, *dona tribuendo*, dans nobis cœlitùs *pluvias*, ac *tempora fructibus edendis apta*, *implens cibo ac lætitiâ corda noſtra.*

(*e*) Exod. 15. 16. Si obſervaveris ſtatuta ejus, nullum morbum, quem impoſui Ægypto, imponam tibi: ſed *Ego Jehova ero ſanator tuus.*

Item, Job. 5. 18. 19. *Idem dolore afficit, & obligat; vulnerat, & manus ejus medicantur.* In ſex anguſtiis eriperet te; etiam in ſeptem non attingeret te malum.

(*f*) 1. Sam. 2. 7. *Jehova depauperat, & ditat*; deprimit, etiam extollit.

Item, Prov. 22. 2. *Dives & pauper* inter ſe occurrunt, *efficiente hos omnes Jehova.*

(*g*) Thren. 3. 37. 38. Ecquo dicente exiſtit aliquid, *ſi Dominus non præceperit*? Ex ore excelſi *an non prodit malum quoque & bonum*?

Item, Matth. 10. 29. 30. 31. Nonne duo paſſerculi aſſario veneunt, & unus ex eis non cadet in terram, *ſine Patre veſtro.* Veſtri verò etiam capilli capitis omnes numerati ſunt. Ne igitur timete: vos *multis paſſerculis* præſtatis.

*Triplicem uſum percipimus recognitione creationis, & providentiæ divinæ.*

## QUÆSTIO XXVIII.

### *Quid nobis prodeſt hæc cognitio creationis & providentiæ divinæ?*

RE-



## RESPONSIO.

*1. Quis eſt primus? 2. Quis ſecundus? 3. Quis tertius? 4. Quodnam habes in futurum hujus tuæ fiduciæ fundamentum?*

1. UT in adverſis patientes *a*: 2. in ſecundis grati ſimus *b*: 3. in futurum verò optimam in Deo fidiſſimo Patre ſpem repoſitam habeamus *c*, certò ſcientes, nihil eſſe, quod nos ab ejus amore abſtrahat *d*: 4. Quandoquidem omnes creaturæ ita ſunt in ejus poteſtate, ut ſine ejus arbitrio, non modò nihil agere, ſed ne moveri quidem poſſint *e*.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Pſal. 39. 10. *Obmuteſco, non aperio os meum: quia tu feciſti.*

Item, Job. 1. 21. 22. Nudus exivi ex utero matris meæ, & nudus redibo illuc. *Jehova dedit, & Jehova recepit: ſit nomen Jehovæ benedictum.*

(*b*) Pſal. 50. 15. Invoca me *tempore anguſtiæ*, & eripiam te, ut honore afficias me.

Item, 1. Theſſ. 5. 18. In omnibus gratias agite: hæc enim voluntas Dei per Jeſum Chriſtum.

(*c*) Pſal. 55. v. 23. 1. Pet. 5. 7. Omnem curam veſtram conjicite in eum. Nam illi cura eſt de vobis.

(*d*) Pſal. 125. 1. Qui confidunt Jehovæ, ſimiles ſunt monti Sionis, qui non commovetur: in ſeculum permanet.

Item. Rom. 8. 35. *Quis nobis ſeparabit à charitate Chriſti.*

Item, Rom. 8. 38. 39. Nam mihi peſuaſum eſt, neque mortem, neque vitam, neque Angelos, neque Principatus, neque poteſtates, neque præſentia, neque futura, neque ſublimitatem, neque profunditatem, *neque ullam rem aliam creatam, poſſe nos ſeparare à charitate Dei*, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

 (*e*) Eſa.

(e) Eſa. 41. 10. Ne timeto, *quia tecum ſum, &c.* en erubeſcent & ignominia perfundentur qui exardeſcunt contra te, erunt tanquam nihil.

Item, Prov. 21. 1. *Ut rivi aquarum, ſic animus Regis eſt in manu Jehovæ: quocunque vult, inclinat eum.*

# DE DEO FILIO.

Dominica XI.

## QUÆSTIO XXIX.

*Quare Filius Dei appellatur JESUS, hoc eſt Salvator?*

*Jeſus, hoc eſt, Salvator appellatur, duabus de cauſis.*
1. Quæ eſt prima?
2. Quæ altera?

RESPONSIO.

1. QUia nos ſalvat ab omnibus peccatis noſtris *a*: Nec 2. ulla ſalus aliunde peti debet, nec alibi reperiri poteſt *b*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

Angelus ad Joſephum.
* Puta, quam nomen Jeſu Chriſti.

(*a*) Matth. 1. 21. Maria pariet filium, & *vocabis nomen ejus Jeſum. Ipſe enim liberabit populum ſuum à peccatis ipſius.*

(*b*) Act. 4. 12. *Nec eſt in alio quoquam ſalus: nec enim* aliud nomen *eſt ſub cœlo, quod datum ſit inter homines, per quod oporteat nos ſervari.* *

Item, 1. Cor. 3. 11. *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt: quod eſt* CHRISTUS JESUS.

*Quicunque ſalutem & felicitatem ſuam quærunt à Sanctis, aut à ſe, aut aliunde, illi abnegant unicum Servatorem Jeſum.*

## QUÆSTIO XXX.

*Creduntne igitur illi in unicum Servatorem JESUM: qui à Sanctis, aut à Se, aut aliunde felicitatem aut ſalutē quærunt?*

RESPONSIO.

NOn. Etſi enim verbo quidem eo Servatore gloriantur, reipſa tamen abnegant



negant unicum Servatorem Jeſum. 1. Neceſſe eſt enim aut Jeſum non eſſe perfectum Servatorem *a*: aut qui eum Servatorem verâ fide amplectuntur, eos omnia in ipſo poſſidere, quæ ad ſalutem requiruntur *b*.

1. Quomodo probas illos abnegare Jeſum?

*A Sanctis*) Dum merito & interceſſione illorum confidnnt ſe remiſſionem peccatorum, & gratiam Dei conſecuturos.

*Aut à ſe*) Dum propriis meritis vitam æternam promereri volunt.

*Aut aliunde*) Dùm per indulgentias Papæ, per ſacrificium Miſſæ, per aquam luſtralem, aut purgatorium peccatorum remiſſionem conſequi volunt.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Coloſſ. 1. 19. 20. *In eo* placuit Patri, *ut omnis plenitudo inhabitaret, & pace* per ſanguinē crucis ejus factâ, per eum *omnia reconciliaret ſibi*, per eum inquam, tùm quæ in terra, tùm quæ in cœlis.

Item, Coloſſ. 2. 9. 10. In Chriſto inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Et eſtis *in eo completi*.

(*b*) Joh. 1. 14. *Sermo* ille factus eſt caro, & commoratus eſt inter nos *plenus gratiæ & veritas, &c.*

Item, Joh. 1. 16. *Ex plenitudine ipſius omnes accepimus gratiam pro gratia.*

Item, Heb. 7. 25. Undè & *ſervare perfectè* [*eis to panteles*] *poteſt eos, qui per ipſum accedunt ad Deum:* ſemper vivens, *ut interpellet pro eis.*

Item, Joh. 3. 25. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manum ejus. *Qui credit in Filium*, habet vitam æternam.

Dominica XII.

# QUÆSTIO XXXI.

## *Quare appellatur* CHRISTUS: *hoc eſt unctus?*

*Filius Dei Christus, hoc eſt, unctus appellatur, quia unctus eſt ad triplex officium: ad Propheticum,* d. *Sacerdotale* f, *& regium* e.

RESPONSIO.

1. A quo unctus eſt?
2. Quodnam eſt ejus officium propheticum?
3. Quod ſacerdotale?
4. Quod regium?

QUòd 1. à Patre *a* ordinatus *b*, & Spiritu Sancto *c* unctus ſit 2. ſumnus Propheta ac Doctor *d*: qui nobis arcanum conſilium & omnem voluntatem Patris de redemptione noſtri patefecit *e*: & ſummus, Pontifex *f*, qui 3. nos unico ſacrificio ſui corporis redemit *g*: ac aſſiduè pro nobis apud Patrem intercedit *h*: & Rex *i* æternus qui 4. nos ſuo verbo *k*, & Spiritu *l*, gubernat, & partam nobis ſalutem tuetur ac conſervat *m*.

*CHRISTUS*) *Chriſtus* eſt dictio græca à [*Chrío*] quod eſt ungo. *Meſsias* dictio Hebræa: Utraque autem vox idem notat, nempe Unctum: ut apparet ex dicto: *in venimus Meſtiam illum, quod eſt, ſi interpreteris, Chriſtus ille.* Joh. 1. 42.

*Propheta: Pontifex: Rex.*) Nam in veteri Teſtamento Prophetæ, Reges & Sacerdotes, qui Jeſu Chriſti erant typus, ungebantur. Atque illa unctio erat illis Teſtimonium ordinariæ vocationis: & quòd Deus eos donis ad munera iſta obeunda neceſſariis eſſet instructurus.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Act. 4. 27. Coacti ſunt adverſus ſanctum Filium tuum Jeſum, quem *unxiſti*.

Chriſtus. (*b*) Luc. 4. 18. ex Eſa. 61. 1. Spiritus Domini ſuper





ſuper me, propterea quod unxit me: ut euangelizem pauperibus, miſit me.

Item, Act. 2. 36. Certò ſciat tota domus Iſraëlis, quòd *Deus hunc fecerit Dominum & Chriſtum*: hunc inquam ipſum Jeſum, quem vos crucifixiſtis.

(*c*) Heb. 1. ex Pſal. 45. 8. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea *unxit te* * *Deus* † *tuus. Oleo* * *exultationis*, ultra conſortes tuos.

* O Fili Dei † Pater tuus.

Item, Act. 10. 38. *Deus unxit Jeſum* Nazarenum *Spiritu Sancto* & potentiâ.

* Spiritu Sancto.

(*d*) Act. 3. 22. ex Deut. 18. 15. Moſes ad patres dixit, *Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter* ex fratribus veſtris, ſicut me: audietis eum in omnibus, quæ locutus fuerit vobis.

Item, Matth. 17. 5. Hic eſt filius meus dilectus ille in quo acquieſco; *ipſum audite*.

(*e*) Joh. 1. 18. Deum nemo vidit unquam: unigenitus ille filius, qui eſt in ſinu Patris, *ille nobis expoſuit*.

Item, Joh. 15. 15. *Omnia que audivi à Patre, nota feci vobis.*

(*f*) Pſal. 110. 4. Juravit Jehova, & non pœnitebit eum: *tu es ſacerdos in ſeculum, ſecundùm ordinem Melkitzedeki.*

Item, Heb. 3. 1. Fratres ſancti, vocationis cœleſtis participes conſiderate Apoſtolum & *Pontificem* profeſſionis noſtræ *Jeſum Chriſtum*.

(*g*) Heb. 10. 10. *Sanctificati ſumus per oblationem corporis Jeſu Chriſti ſemel factam.*

Item, Heb. 10. 14. *Chriſtus unicâ oblatione conſecravit in perpetuum eos qui ſanctificantur.*

Item, Apoc. 5. 9. Mactatus es & redemiſti nos Deo *per ſanguinem*, ex omni tribu & lingua & populo.

(*h*) Rom. 8. 34. Quis eſt qui condemnet? *Chriſtus* is eſt, qui mortuus eſt: immò verò qui etiam excitatus eſt: qui etiam eſt ad dextram Dei, qui e-

tiam interpellat pro nobis.

Deus Pater de Filio ſuo.

(*i*) Pſal. 2. 6. *Ego inungens Regem meum, præfeci* Sioni monti ſanctitatis meæ.

Item, Luc. c. 1. 32. 33. Et dabit ei Dominus Deus thronum Davidis Patris ipſius, regnabitque in domo Jacobi in æternum, & regni ejus non erit finis.

(*k*) Pſal. 110. 2. *Sceptrum robuſtum tuum emiſſurus eſt Jehova Sione.*

Item, Eſa. 2. 3. & Mich. 4. 2. E Sione prodibit Lex, & verbum Jehovæ de Jeroſolimis.

(*l*) Joh. 14. 16. Et ego petam à Patre meo, & *alium advocatum* dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum: nempe Spiritum illum veritatis.

† Spiritum Sanctum.

Item Joh. 16. 7. 13. Sin profectus fuero, mittam *advocatum* † ad vos. *Is introducet vos in omnem veritatem.*

(*m*) Joh. 10. 27. 28. Oves illæ meæ vocem meam audiunt: & ego eas agnoſco: & ſequuntur me. Et ego vitam æternam do eis: nec peribunt in æternum, *neque rapiet eas quiſquam è manu mea.*

*Ideo appellaris Chriſtianus, hoc eſt, unctus: quia unctionis Jeſu Chriſti ad triplex officium es particeps* b.

## QUÆSTIO XXXII.

*Cur verò tu Chriſtianus appellaris?*

### RESPONSIO.

1. Quare unctionis Jeſu Chriſti es particeps? 2. Quodnam eſt propheticum tuum munus? 3. Quod ſacerdotale? 4. Quod regium?

1. QUod per fidem membrũ ſum Jeſu Chriſti, *a*, & unctionis ipſius particeps *b*: ut & 2. nomen ejus confitear *c*. 3. meque ſiſtam ipſi vivam gratitudinis hoſtiam *d*: & 4. in hac vita contra peccatum & Satanam liberâ & bonâ conſcientiâ pugnem *e*: & poſtea æternum cum Chriſto regnum in omnes creaturas teneam *f*.

Chri-



*Chriſtianus*) Deſcendit à nomine *Chriſtus*, hoc eſt: unctus. Nomen verò hoc primitus impoſitum eſt fidelibus Antiochiæ ut Chriſti diſcipulis & ſectatoribus, idque aliquot annos poſt aſcenſionem Domini. Vide Act. 11. 26.

*Unctionis ipſius particeps.*) Hoc eſt: Spiritus ipſius: per quem & ego unctus ſim Propheta, Sacerdos, & Rex. Apoc. 5. 13. & idoneus reddor ad munera hæc rite obeunda.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) 1. Cor. 12. 27. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra particulatim.

(*b*) 1. Joh. 2. 27. U*nctio, quam vos accepiſtis à Chriſto*, *manet* in vobis.

Item, 2. Cor. 1. 21. 22. Qui nos confirmat, vobiſcum in Chriſtum, & qui *unxit* nos *Deus* eſt: qui etiam obſignavit nos, *indiditque* arrhabonem *Spiritus in cordibus noſtris.*

(*c*) 1. Pet. 2. 9. Vos eſtis genus electum, regale, ſacerdotium, gens ſancta, populus, quem ſibi Deus ut proprium vendicat: *ut virtutes prædicetis* illius, qui vos vocavit è tenebris in admirabilem lucem ſuam.

(*d*) 1. Pet. 2. 5. Ipſi quoque ut vivi lapides *ædificati* fiatis domus ſpiritualis, *ſacerdotium ſanctum, ad offerendum ſpirituales hoſtias* acceptas Deo per Chriſtum.

Item, Rom. 12. 1. Adhortator vos fratres, per miſerationes Dei, ut *ſiſtatis corpora veſtra hoſtiam vivam, ſanctam acceptam à Deo*, rationalem illum cultum veſtrum.

(*e*) Rom. 6. 12. 13. *Ne regnato peccatum* in mortali veſtro corpore, ut obediatis peccato in cupiditatibus corporis: Neque *ſiſtite membra veſtra arma injuſtitiæ peccato*: ſed *ſiſtite* vos Deo, ut ex mortuis vivos, & *membra veſtra arma juſtitiæ Deo.*

Item, Eph. 6. 12. *Non eſt nobis lucta* adverſus



ſangui-

ſanguinem & carnem: ſed *adverſus imperia, adverſus poteſtates, adverſus mundi principes, id eſt, tenebrarum hujus ſæculi, adverſus ſpirituales malitias, quæ ſunt in ſublimi.*

Item, 1. Pet. 5. 8. 9. Sobrii eſtote; vigilate: nam *adverſarius veſter Diabolus*, tanquam leo rugiens, *obambulat*, quærens quem devoret: *cui reſiſtite firmi* per fidem.

(*f*) Apoc. 3. 21. *Qui vicerit, tribuam ei, ut ſedeat mecum in throno meo*, ut & ego vici, & ſedeo cum Patre meo in throno ejus.

Item, 2. Tim. 2. 12. *Si tolerantes fuerimus, cum eo regnabimus.*

Item, Apoc. 2. 26. Nam ſi quis vicerit, & obſervaverit ad finem uſque *opera mea*, dabo ei poteſtatem in gentes, &c.

Dominica XIII. *Jeſus Chriſtus ideò dicitur unigenitus Dei Filius: quia ſolus eſt coæternus* a. *& naturalis Dei Filius* b.

## QUÆSTIO. XXXIII.

*Quam ob cauſam Chriſtus vocatur Filius Dei unigenitus, cum nos quoque ſimus Fili Dei?*

## RESPONSIO.

1. Quomodo nos ſumus Filii Dei?

QUia ſolus Chriſtus eſt coæternus *a*, & naturalis *b*, æterni Patris Filius: nos autem 1. propter eum ex gratia à Patre adoptati ſumus *c*.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Mich. 5. 2. At tu Bethlehem Ephratæ, minima ut ſis in ducibus Jehudæ, ex te mihi prodibit futurus *Dominator in Iſraële*, cujus exortus inde à principio, à diebus ſæculi.

Item, Joh. 1. 2. 3. *In principio* erat Sermo, & Sermo ille erat apud Deum, *eratque* ille Sermo *Deus.*

*Hic Ser-*



*Hic Sermo* erat in pricipio apud Deum. *Omnia per hunc Sermonem facta ſunt*, & abſque eo factum eſt nihil quod factum eſt.

Item, Heb. 9. 14. Quantò magis ſanguis *Chriſti, qui per Spiritum æternum* * *ſe ipſum obtulit* incupatum Deo, mundabit conſcientiam veſtram à *mortuis operibus* ad ſerviendum Deo vivo.

* Hoc eſt, per æternã ſuam Deitatem.

(*b*) Heb. 1. 2. 3. *Deus* ultimis hiſce diebus *loquutus eſt nobis in Filio*, quem conſtituit hæredem omnium: per quem etiam condidit mundum: *qui eſt* effulgentia gloriæ, *& character perſonæ illius.*

Item, Joh. 5. 18. Judæi ſtudebant eum trucidare: quia non ſolùm ſolviſſet ſabbathum, ſed & *Deum* dixiſſet *Patrem* proprium, æqualem ſe faciens Deo.

Item, Rom. 8. 32. *Si Deus proprio Filio* non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum: qui non etiam cum eo omnia nobis gratificabitur?

Item, Joh. 1. 14. Et ſpectavimus gloriam ejus, gloriam tanquam unigeniti à Patre.

(*c*) Eph. 5. 6. *Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti prædeſtinavit nos, quos adoptaret in Filios per Jeſum Chriſtum in ſeſe*, pro benevolo affectu voluntatis ſuæ, ad laudem glorioſæ ſuæ gratiæ: quâ nos gratis *ſibi gratos efficit in illo dilecto.*

Item, Joh. 1. 12. *Quotquot eum exceperunt, dedit eis hoc* † *jus, ut filii Dei ſint facti.*

† Dignitatem hanc.

Item, Gal. 3. 26. *Omnes filii Dei eſtis per fidem in Chriſto Jeſu.*

## QUÆSTIO XXXIV.

*Chriſtus ideo Dominus noſter appellatur: quia corpus & animam noſtrã* a. *ſanguine ſuo redemit* c.

*Qua de cauſa appellas eum Dominum noſtrum?*

## RESPONSIO.

1. Unde Chriſtus nos redemit?

QUia corpus & animam noſtram *a* 1. à peccatis *b*. 2. non auro nec argento, ſed pretioſo ſuo ſanguine redimens *c*,

& ab

2. Quo

*pretio nos redemit?*

& ab omni poteſtate Diaboli liberans *d*, nos ſibi proprios vindicavit *e*.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) 1. Cor. 6. 20. Empti eſtis precio: Glorificate igitur Deum *in corpore veſtro*, & in ſpiritu veſtro, quæ ſunt Dei.

(*b*) Col. 1. 14. *In Chriſto habemus redemptionem* per ſanguinem ipſius, *id eſt remiſſionem peccatorum*.

(*c*) 1. Pet. 1. 18. 19. Ut qui ſciatis, nos *non* caducis rebus *argento vel auro* fuiſſe redemptos: *ſed pretioſo ſanguine*, utpote agni immaculati.

(*d*) Heb. 2. 14. 15. Per mortem Chriſtus abolevit *eum qui mortis imperium habet*, hoc eſt Diabolum, & liberos reddidit, quotquot metu mortis per omnem vitam obnoxii erant ſervituti.

(*e*) Tit. 2. 14. *Chriſtus dedit ſemetipſum* pro nobis *ut redimeret* nos ab omni iniquitate, & purificaret ſibi ipſi *populum peculiarem*, ſtudioſum bonorum operum.

Dominica XIV.

## QUÆSTIO XXXV.

*Articulo de conceptione & nativitate Chriſti continetur myſterium incarnationis Filii Dei.*

*Quid credis, cùm dicis:* Conceptus eſt per S. Sanctum, natus ex Maria virgine?

### RESPONSIO.

1. Quis conceptus & natus eſt ex virgine Maria? 2. Num poſt conceptionem & nativitatem manet is, qui fuit ante? 3. Quid igitur per incarnationem accepit? 4. Unde accepit humanam illam naturam? 5. Quomodo virgo conceperit & peperit? 6.

QUòd 1. Ipſe Filius Dei *a*, qui 2. eſt & permanet verus ac æternus Deus *b*, 3. naturam verè humanam *c*. 4. ex carne & ſanguine virginis Mariæ *d*, 5. operatione Spiritus Sancti *e*, 6. aſſumſit *f*, 7. ut ſimul ſit



mul ſit verum ſemen Davidis *g*, 8. fratribus ſuis per omnia ſimilis *h*, excepto peccato *i*.

*Quomodo Filius Dei naturam humanam accepit ex virgine Maria? 7. Quare Filium Dei oportuit naſci ex Maria virgine? 8. Quare verum hominem naſci oportuit?*

*Aſſumſit*) Nempe in unitatem perſonæ: ita ut nunc habeat duas diſtinctas naturas: divinam & humanam: quæ tamen ita arctè unitæ ſunt, ut unam duntaxat perſonam conſtituant.

*Verum ſemen Davidis.*) Ex quo ſc. Chriſtus ſecundùm carnem naſci debuit. Eſa. 11. 1. Jer. 23. 5. Ex cujus quoque familia & ſtirpe oriunda fuit virgo Maria. Luc. 1. 27.

*Per omnia ſimilis*) 1. quoad eſſentiam & proprietates humanæ naturæ: quas in æternum retinet. 2. Quoad infirmitates ejuſdem (excepto peccato:) quas poſt reſurrectionem depoſuit.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Gal. 4. 4. Poſtquam venit plenum tempus, *emiſit Deus Filium ſuum*, factum ex muliere.

(*b*) 1. Joh. 5. 20. *Hic eſt verus ille Deus*, & vita illa æterna.

Item, Rom. 9. 5. Ex Iſraëlitis eſt *Chriſtus* quod ad carnem attinet; qui *eſt ſupra omnes Deus* laudandus in ſecula, Amen.

Item, Pſal. 102. 26. Tu domine (*Chriſte*) ab initio terram fundaſti, & opera manum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, *tu* autem *permanes*, & omnes ut veſtimentum veteraſcent: ac veluti amictum circumvolves eos, & mutabuntur: tu autem idem es, & *anni tui non deficient*.

(*c*) 1. Tim. 2. 5. Unus *Deus* & unus *Mediator Dei & hominum*, homo Jeſus Chriſtus.

Item, 1. Joh. 1. 1. 3. Quod erat à principio, *quod audivimus, & quod vidimus oculis noſtris, quod ſpectavimus, & manus noſtræ contrectarunt*, de Sermone illo vitæ: quod inquam vidimus & audivimus, in annunciamus vobis.

Item,

Item, Luc. 14. 39. Spiritus *carnem & oſſa* non habet: prout me conſpicitis habere.

Item, Matth. 26. 38. Undiquaque triſtis *anima mea* uſque ad mortem.

(*d*) Eſa. 7. 14. Ecce *virgo concipiet & pariet Filium* : & vocabis, ô virgo, nomen ejus *Immanuelem* *.

* Quod eſt ſi interpreteris, Deus nobiſcum. Matth. 1. 23.

Item, Luc. 1. 26. 27. 30. 31. 32. Ne time *Maria*; es enim in gratia apud Deum. Et ecce *concipies in utero, & paries Filium* : & vocabis nomen ejus Jeſum.

Item, Luc. 1. 42. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: & unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini ad me?

(*e*) Luc. 1. 34. 35. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo erit iſtud? quandoquidem virum non novi. Et reſpondens Angelus dixit ei: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te: & virtus Altiſsimi inumbrabit te.* Propterea id etiam, quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei.

(*f*) Heb. 2. 16. Non enim utique Angelos aſſumſit: ſed *ſemen Abrahami aſſumſit*.

† Hoc eſt ſumſit carnem ſeu naturam humanam. Vide Heb. 2. 16.

Item, Joh. 1. 14. *Sermo ille factus eſt* † *caro*: & commoratus eſt inter nos.

Item, Phil. 2. 6. Qui cum eſſet in forma Dei, non duxit rapinam parem eſſe cum Deo, ſed *ipſe ſe exinanivit*, formam ſervi accipiens.

(*g*) Act. 2. 30. *Deus* jure jurando *Davidi juravit, fore, ut ex fructu lumbi ipſius*, quod ad carnem attinet, Chriſtum illum ſuſcitaret.

Item, Act. 13. 22. 23. Excitavit eis Davidem in regem: cui etiam teſtimonio dato dixit: Inveni David filium Jeſſe, *virum ſecundùm cor meum*, qui exequetur omnes voluntates meas. *Hujus è ſemine Deus* ſecundùm promiſſionem *excitavit* Iſraëli Servatorem JESUM.

(*h*) Heb. 2. 17. *Unde debuit per omnia fratribus ſimilis fieri*: ut miſericors eſſet, & fidelis Pontifex in iis,



in iis, quæ apud Deum agenda foren: ad expiandum peccata populi.

Item, Phil. 2. 7. Ipſe *ſimilis hominibus* factus, habitu compertus ut homo.

(*i*) 1. Joh. 3. 5. Scitis *Chriſtum* patefactum eſſe, ut peccata noſtra tolleret, & *peccatum in eo non eſt*.

Item, Heb. 4. 15. Tentatus *eſt* in omnibus ſimiliter, *abſque* tamen *peccato*.

## QUÆSTIO XXXVI.

*Quem fructum percipis ex ſancta conceptione & nativitate Chriſti?*

*Ex ſancta conceptione & nativitate Chriſti hunc fructum percipio, quod certus ſum, eum mediatorem meum eſſe, a. qui mea peccata coram Deo tegat* b.

### RESPONSIO.

QUòd is noſter ſit Mediator *a*, & ſuâ innocentiâ, ac perfectâ ſanctitate, mea peccata, in quibus conceptus ſum, tegat, ne in conſpectum Dei veniant *b*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Heb. 7. 26. Huc ſpectat locus pauló ante citatus. *Talis nos decebat Pontifex, ſanctus, ſine vitio, ſine labe, ſegregatus à peccatoribus.*

(*b*) Rom. 8. 3. Quum legis impotentiâ nihil poſſet in carne, Deus ſuo ipſius Filio miſſo *in ſimilitudine carnis peccati*, idque pro peccato, condemnavit peccatum in carne.

Item, Gal. 4. 4. Poſtquam venit plenum tempus, emiſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, *factum ſub lege*, ut eos qui ſub lege erant redimeret, ut adoptionem in Filios acciperemus.

## QUÆSTIO XXXVII.

Dominica. XV.

*Quid credis cùm dicis*, paſſus eſt?

*Chriſtus paſſus eſt, hoc eſt, iram Dei adverſus peccatum ſuſtinuit* d.

RE-

## REPONSIO.

1. Quando paſſus eſt? EUm 1. toto quidem vitæ ſuo tempore, quo in terris egit *a.* præcipuè verò in ejus extremo *b,* iram Dei adverſus peccatum univerſi generis humani *c.* 2. corpore & animâ *d,* ſuſtinuiſſe. 3. ut ſuâ paſſione; tanquam unico ſacrifitio propitiatorio, corpus & animam noſtram ab æterna damnatione liberaret *e*: & nobis gratiam Dei *f,* juſtitiam *g,* & vitam æternam *h,* reſtitueret.

2. Quomodo paſſus eſt?

3. Quare paſſus eſt?

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Eſa.53.2. Non eſt forma ei (*Meſiæ*) neque decor: Et quando intuemur eum, non ineſt ſpecies, cur deſideremus eum: contemtus & abjectiſſimus virorum, *doloribus affectus*, *& familiaris morbo.*

Item, Phil.2.8. Ipſe ſe humiliavit, factus *obediens*, uſque ad mortem, &c.

(*b*) Heb.5.8. Qui (ſc. Chriſtus) in diebus carnis ſuæ quum deprecationes & ſupplicationes, apud *eum qui poterat ipſum ſervare à morte*, cum clamore valido & lacrymis obtuliſſet, & ex auditus eſſet ex metu, quamvis Filius eſſet, tamen *ex iis quæ paſſus eſt*, didicit obedientiam.

(*c*) Eſa.53.4.5.6. Veruntamen *morbos noſtros* ipſe pertulit: *& dolores noſtros* ipſe bajulavit: quamvis nos æſtimemus eum plagâ affectum, percuſſum à Deo, & afflictum. Nam *ipſe dolore afficitur à defectionibus noſtris: atteritur ab iniquitatibus noſtris: caſtigatio pacis noſtræ imponitur ei*: & tumice ejus fit curatio nobis. *Et Jehova facit, ut in eum incurrat pœna omnium noſtrûm.*

(*d*) Pſal.22.17.18. *Foderunt manus meas, & pedes meos; numerari poſſem omnia oſſa mea.*

Item, Matth.26.38. *Undiquaque triſtis eſt anima mea, uſque ad mortem.*

(*e*) Heb.



(*e*) Heb. 9. 12. *Chriſtus non per ſanguinem hircorum & vitulorum, ſed per proprium ſanguinem ingreſſus eſt, ſemel in ſacrarium, æternam redemtionem nactus.*

(*f*) Eph. 1. 6. 7. Gratis effecit nos ſibi gratos in illo dilecto, in quo habemus *redemtionem per ſanguinem ipſius*, nempe remiſſionem peccatorum ex divite ipſius gratia.

Item, Joh. 1. 17. *Gratia & veritas per Jeſum Chriſtum præſtita eſt.*

(*g*) 2.Cor. 5. 21. *Deus fecit, ut Chriſtum* qui non novit peccatum, *pro nobis peccatum eſſet: ut nos efficeremur juſtitia* * *Dei in eo.*

* Hoc eſt, Juſti per juſtitiam Chriſti.

(*h*) Item, 1.Joh. 4. 9. Deus Filium ſuum unigenitum miſit in mundum, *ut vivamus per eum.*

Item, Joh. 3. 14. 15. Prout Moſes extulit ſerpentem in diſerto: ita extolli oportet Filium hominis: ut *quiſquis credit in eum*, non pereat, ſed *habeat vitam æternam.*

## QUÆSTIO XXXVIII.

### *Quid cauſæ fuit, cur ſub Pontio Pilato pateretur?*

*Sub Pontio Pilato Chriſtus ideò eſt paſſus ut à Judice Politico damnaretur* b.

## RESPONSIO.

UT 1. innocens *a*, coram judice Politico damnatus *b*, 2. nos à ſevero Dei judicio, quod omnes manebat, eximeret. *c.*

1. Quomodo eſt damnatus?

2. Cur innocens fuit damnatus?

*Coram judice politico.*) Qui poteſtatem hanc condemnandi Filium Dei acceperat à Deo. Joh.19.11.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Joh.18.33.38. Introivit ergò rurſus in prætorium Pilatus, & vocavit Jeſum. Et prodiit ad Judæos, & dixit: Luc. 23. 14. 15. Ego *nullum invenio crimen in eo.* Ecce ego, in veſtri conſpectu quæſtione habitâ, *nullam noxam inveni in homine iſto, ex iis,*

ex iis, de quibus accuſatis eum. Sed ne Herodes quidem. Nam remiſi vos ad illum: & ecce nihil dignum morte factum eſt ab eo.

Matth. 27. 19. Sedente autem Pilato in tribunali, miſit ad eum uxor ejus, dicens: nihil tibi rei ſit cum juſto illo; multa enim paſſa ſum hodie in ſomnio propter eum. Videns autem Pilatus ſe nihil proficere, ſed majorem tumultum fieri, accepta aquâ abluit manus coram turbâ, dicens: innoxius ego ſum à ſanguine hujus Juſti * vos videritis.

* Hic Deus ipſe Hieroſolymis in feſto Paſchatis palam in magna frequentia de tribunali ſuo per Pilatum, Filium ſuum primùm Juſtum declaravit in ſeſe: deinde propter peccata noſtra ad mortem crucis condemnavit.

(b) Matth. 27. 2. Et vinctum Jeſum abduxerunt, ac tradiderunt Pontio Pilato præſidi.

Item, Joh. 19. 13. 14. 15. 16. Pilatus eduxit foras Jeſum conſeditque in tribunali, & dixit Judæis: Ecce Rex veſter. Illi verò clamaverunt: tolle, tolle, crucifige eum. Dicit ei Pilatus: Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt primarii ſacerdotes: Non habemus Regem niſi Cæſarem. Tunc tradidit eum ipſis, ut crucifigeretur.

(c) 1. Pet. 3. 18. Nam Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus fuit, juſtus, pro injuſtis, ut nos ad Deum adduceret.

Item, Rom. 8. 34. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus eſt qui mortuus eſt.

## QUÆSTIO XXXIX.

### Eſt verò quiddam amplius, quòd affixus ſit cruci, quàm ſi alio genere mortis affectus eſſet?

*Amplius eſt quod Chriſtus affixus ſit cruci: quàm ſi alio mortis genere affectus fuiſſet.*

### RESPONSIO.

1. Quid hoc ipſum te conſolatur? 2. Quare hinc certus

SAnè amplius *a*. 1. Ex hac enim re ſum certus, eum maledictionem, quæ mihi incumbebat, in ſe recepiſſe *b*: 2. nam mors crucis à Deo erat maledicta *c*. Teſ-



### Teſtimonia Scripturæ.

(a) Phil. 2. 8. Chriſtus ipſe ſe ſubmiſit, factus obediens uſque ad mortem: mortem autem crucis.

(b) Gal. 3. 13. Chriſtus nos redemit ab execratione legis, dum pro nobis factus eſt execratio. Scriptum eſt enim, execrabilis quiſquis pendet in ligno.

es Chriſtum maledictionem omnē in ſe recepiſſe?

(c) Deut. 21. 22 23. Quùm erit in aliquo peccatum ad judicandum morti: & tradetur morti: ſi ſuſpenderis eum de ligno, ne pernoctato cadaver ejus in ipſo ligno: ſed omnino ſepelito eum eodem die. Nam ſuſpenſus execrationi eſt Deo: ut non polluas terram tuam, quam Jehova Deus tuus dat tibi in poſſeſſionem.

## QUÆSTIO XL.

Dominica XVI.

### Cur neceſſe fuit ut Chriſtus ad mortem uſque ſe demitteret?

*Chriſtus ideò mortuus eſt: quia non niſi morte Filii Dei pro noſtris peccatis potuit ſatisfieri.*

### RESPONSIO.

1. Quare non aliter potuit ſatisfieri?

PRopterea quòd 1. juſtitiæ *a*, & veritati Dei *b*, nullo alio pacto pro noſtris peccatis potuit ſatisfieri: quàm ipſa morte Filii Dei *c*.

Duæ ſunt cauſæ, propter quas non aliter, niſi morte Filii Dei potuit ſatisfieri pro peccatis noſtris 1. propter juſtitiam; quia hæc poſtulat, ut Peccatum morte mulctetur. 2. propter veritatem Dei: qui comminatus erat Deus mortem peccato: promiſitque fore, ut peccatum cum omni poteſtate Diaboli, morte Filii ſui tolleretur.

### Teſtimonia Scripturæ.

(a) Rom. 1. 33. Jus Dei eſt, ut qui talia faciunt digni ſint morte.

(b) Gen. 2. 17. Quacunque die comederis de eo, morieris.

D Item,

Chriſtus.

Item, Gen. 3. 15. Semen mulieris † contere tibi ( ſerpenti) caput: & *tu conteres ei calcaneum.*

(c) Heb. 2. 10. Decebat eum propter quem ſun hæc omnia & per quem ſunt hæc omnia, *multos fili* in gloriam adducendo, principem ſalutis ipſorum *per afflictiones* conſecrare.

Item, 1. Joh. 1. 17. Sanguis Jeſu Chriſti Filii De *purgat nos* ab omni peccato.

*Sepultura Chriſti eſt teſtimonium veræ mortis ipſius.*

## QUÆSTIO XLI.

*Quare etiam ſepultus eſt?*

RESPONSIO.

UT eo teſtatum faceret, ſe verè mor tuum eſſe *a*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Marc. 15. 42. 43. 44. 45. Cum autem ſer diei jam eſſet, quoniam eſſet Paraſceve ante ſabb thum: veniens Joſephus Arimathæenſis, honorat Senator, *qui & ipſe expectabat regnum Dei*, fide animo introivit ad Pilatum & petiit corpus Je *Pilatus* autem *miratus eſt*, *ſi jam mortuus eſſet*: advocato Centurione interrogavit eum, an jam dum mortuus eſſet. Et *re cognitâ ex Centurione*, *navit corpus ipſi Joſepho* †.

† Ut Chriſtum ſepeliret. Pilatus enim hoc noluit permittere, antequam certò conſtaret de ipſius morte.

## QUÆSTIO XLII.

*Non eſt abſurdum, nobis quoque moriendum eſſe: quamvis Chriſtus pro nobis mortem oppetierit, il tribus de cauſis.*

*At cùm Chriſtus pro nobis mortem oppetier cur nobis quoque eſt moriendum?*

RESPONSIO.

1. Quæ eſt prima?
2. Quæ ſecunda?
3. Quæ tertia?

1 MOrs noſtra non eſt pro peccatis ſtris ſatisfactio *a*: ſed 2. pec abolitio *b*, & 3. tranſitus ad vitam æ nam *c*.



*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) 1. Cor. 15. 54. 55. Abſorpta eſt mors ad victoriam. Ubi tua ô mors victoria? Ubi tuus ô ſepulchrum aculeus? *Aculeus* verò *mortis* eſt *peccatum*: Vis autem peccati lex. Sed *Deo* ſit *gratia qui dat nobis victoriam* per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Item, Heb. 4. 10. *Qui ingreſſus eſt requiem ipſius Dei) requievit & ipſe ab operibus ſuis* * quemadmodum à ſuis Deus.

* Ab operibus carnis peccatricis.

(*b*) Rom. 6. 7. Qui mortuus eſt, liber eſt à peccatis.

(*c*) Joh. 5. 14. Amen, amen dico vobis, qui ſermonem meum audit & credit in eum qui miſit me, habet vitam æternam, *& in condemnationem non veniet*, ſed tranſivit à morte ad vitam.

Item, 2. Cor. 5. 8. Confidimus autem & probamus potiùs migrare è corpore & ad Dominum e habitatum.

*Alter fructus ſacrificii & mortis Chriſti eſt mortificatio veteris hominis.*

## QUÆSTIO XLIII.

*Quid præterea capimus commodi ex ſacrificio & morte Chriſti?*

RESPONSIO.

1. Cujus virtute fit iſta mortificatio?
2. Qua in re conſiſtit mortificatio illa veteris hominis?
3. Quomodo vetus homo in nobis crucifigitur & ſepelitur?

QUod 1. virtute ejus mortis *a*, 2. vetus noſter homo unà cum eo crucifigitur *b*, interimitur *c*, ac ſepelitur *d*. 3. ne pravæ cupiditates, & deſideria carnis poſthac in nobis regnent *e*: ſed nos ipſos ei hoſtiam gratitudinis offeramus *f*.

*Virtute ejus mortis.*) Quæ ſcil. virtus mortis tam eſt efficax & pretioſa, ut per illam conſequamur non ſolùm juſtificationem coram Deo, quæ conſiſtit in gratuita remiſſione peccatorum: verùm etiam ipſam ſanctificationem; cujus prima pars eſt mortificatio veteris hominis.

*Ne poſthac in nobis regnent.*) Hoc eſt: tametſi nos infeſtent, & oppugnent, non ipſæ tamen ſed Spiritus victoriam obtineat.

*Nos ipſos offeramus.*) h. e. ut virtute mortis Christi veterem noſtrum hominem quaſi mactemus, occidamus, ignique conſumamus: quod fiebat in V. Teſtam. h. e. ut corruptam naturam per Spiritum Christi magis ac magis ſepeliamus, atque aboleamus.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Rom. 6. 5. *Si cum eo plantati coaluimus conformatione mortis ejus*, nimirum etiam reſurrectionis confirmatione coaleſcimus.

Item, Joh. 17.19. *Eorum cauſâ ſanctifico* * *meipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in* veritate.

* Hoc eſt, ſiſto me hoſtiam ſanctam.

(*b*) Rom. 6. 6. Scimus *veterem illum hominem noſtrum, cum eo crucifixum eſſe.*

Item, Gal. 5.24. Qui ſunt Chriſti, *carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiſcentiis.*

(*c*) Rom. 6.8. *Quòd ſi mortui ſimus cum Chriſto* credimus fore, ut etiam vivamus cum eo.

(*d*) Rom. 6.4. *Sepulti ſimus cum Chriſto* per baptiſmum in mortem.

Item, Coloſſ. 2. 12. *Conſepulti eſtis cum Chriſto* per baptiſmum.

(*e*) Rom. 6. 6. & 14. Scimus veterem illum noſtrum hominem cum eo crucifixum eſſe, *ut aboleatur corpus peccati, ne poſthac nos ſerviamus peccato.* Peccatum enim *vobis non dominabitur*; non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.

(*f*) Pſal. 51. 19. *Sacrificia Dei ſunt Spiritus fractus.* Animum fractum & contritum, ô Deus non ſpernis.

Item, Rom. 12. 1. Precor itaque vos fratres, per miſerationes Dei, ut ſiſtatis corpora veſtra hoſtiam *vivam, ſanctam, acceptam à Deo*, quæ eſt rationalis cultus veſter.

QUÆ



## QUÆSTIO XLIV.

### *Cur additur: deſcendit ad inferna?*

*Per deſcenſum ſuum ad inferna Chriſtus nos liberavit ab omnibus anguſtiis & cruciatibus inferni c.*

### RESPONSIO.

Ut in ſummis doloribus, & graviſſimis tentationibus, me conſolatione hac ſuſtentem, quòd Dominus meus Jeſus Chriſtus 1. inenarrabilibus animi ſui anguſtiis, cruciatibus & terroribus, in quos tùm anteà *a*, tùm maximè in cruce pendens fuerat demerſus *b*, me ab anguſtiis & cruciatibus inferni liberavit *c*.

1. Quid eſt deſcenſus Chriſti ad inferna?

*Ad inferna.*) Vox *Inferni* in hoc articulo accipitur pro doloribus & angoribus infernalibus: ut Pſal. 30. 4. *Jehova eduxiſti ex inferno animam meam.* Item, Pſal. 86. 13. *Eripuiſti animam ex imo inferno.*

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Matth. 26. 37. 38. In horto Jeſus cœpit conſtari & graviſſimè angi. Tùm dixit iis Jeſus: *Undequaque triſtis eſt* anima mea uſque ad mortem.

Item, Luc. 22. 43. 44. Viſus eſt autem ei Angelus è cœlo corroborans eum. Et *ipſe conſtitutus in agonia* (id eſt, ſumma luctantis anguſtia) intentiùs orabat: erat autem ſudor ejus *quaſi grumi ſanguinis* deſcendentis in terram.

(*b*) Matth. 27. 46. Exclamavit Jeſus voce magnâ, Deus mi, Deus mi, cur deſeruiſti me?

(*c*) Gal. 3. 13. At Chriſtus nos redemit ab execratione legis *factus pro nobis execratio*, &c. ut in gentibus benedictio Abrahæ exſtet in Chriſto Jeſu.

Item, Heb. 5. 7. 8. 9. Qui in diebus carnis ſuæ, cùm deprecationes & ſupplicationes, *apud eum qui poterat ipſum ſervare à morte*, cum clamore valido &

do & lacrymis obtuliſſet, & exauditus eſſet ex me-
tu, &c. conſecratus factus eſt author ſalutis æternæ.

Item, 1. Cor. 15.55.57. *Ubi tua, ô mors victoria? ubi tuus ô inferne, aculeus?* ſed Deo *ſit* gratia, qui dat nobis victoriam *per Dominum noſtrum* Jeſum *Chriſtum.*

Dominica XVII.

*Reſurrectio Chriſti triplicem nobis præbet fructum.*

1. Quis eſt primus?
2. Quis ſecundus?
3. Quis tertius?

## QUÆSTIO XLV.

*Quid nobis prodeſt reſurrectio Chriſti?*

### RESPONSIO.

1. PRimùm ſuâ reſurrectione mortem devicit, ut nos poſſet ejus juſtitiæ, quam nobis ſuâ morte, pepererat, partici-pes facere *a*. 2. Deinde nos quoque eju[s] potētiâ ad novam vitam excitamur *b*, 3. po[stremo] reſurrectio capitis noſtri Chriſti nobis glorioſæ reſurrectionis noſtræ pignu[s] eſt *c*.

*Excitamur ad novam vitam.*) Altera hæc eſt pa[rs] noſtræ ſanctificationis: Vivificatio nimirum no[vi] hominis. Appellatur hæc in ſcriptura *Reſurrecti[o] prima*: quæ ſpiritualis eſt. Apoc. 20.5.6.

*Glorioſa reſurrectionis noſtra.*) Hæc eſt ſecund[a] reſurrectio, corporis nempe: quæ futura eſt novi[ſ]ſimo die: quæque fidelibus credentibus beata e[rit] futura reſurrectio: quando ad vitam æternam r[e]ſurgent.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Rom. 4. 25. *Chriſtus* tradītus eſt in morte[m] propter lapſus noſtros, & *ſuſcitatus eſt ad noſtr[am ju]ſtificationem* *.

[ * Propter [*dicajoſin*] noſtram. h. e. ut pala[m] faceret, ſe morte ſuâ plenam ac perfectam juſ[ti]tiam, quæ conſiſtit in remiſſione peccatoru[m] acquiſiviſſe eamque omnibus fidelibus reip[ſa] donare.]

Ite[m]



Item, 1. Cor. 15.17. *Quod ſi Chriſtus non eſt ſuſci-tatus, inanis eſt fides veſtra: adhuc eſtis in peccatis ve-ſtris.* Nempe & qui obdormieruut in Chriſto, pe-rierunt.

(*b*) Rom. 6. 4. 8. *Sicut ſuſcitatus eſt Chriſtus ex mortuis* in gloriam Patris: *ita* & nos novâ vitâ am-bulemus. Quòd ſi mortui ſumus cum Chriſto, *credimus fore, ut etiam vivamus cum eo.*

Item, Col. 2.12.13. Conſepulti eſtis cum *Chriſto* per baptiſmum, *per* quem etiam cum eo *ſuſcitati eſtis* per fidem *Dei*, efficaciter agentis, qui ſuſcita-vit eum ex mortuis: *voſque cum eo vivificabit*, vobis condonatis omnibus peccatis.

(*c*) 1. Cor. 15. 20. 21. *Chriſtus ſuſcitatus eſt ex mortuis*, & * *primitiæ eorum, qui obdormiverunt*, factus eſt. *Quia* enim per hominem mors, *per hominem* (Chriſtum) quoque *reſurrectio mortuorum.*

* Sicuti in Levitico cultu per omnes frugum primitias reliquæ fruges ſanctificabantur. Deut. 26. Ita omnia membra Chriſti reſurgent ad æternam gloriam, quoniam caput eorum, ut primitiæ, glorioſè reſurrexit.

Item, 1. Theſſ. 4. 14. *Si credimus Jeſum mortuum eſſe & reſurrexiſſe: ita etiam & Deus eos, qui obdormierunt in Jeſu, adducet cum eo.*

*Aſcendere ad cœlos in hoc articulo eſt, viſibiliter a. de terra in cœlum attolli b.*

1. An non præſtaret Chriſtum ſuo corpore nobiſcum in terris permanere?
2. Quamdiu manſurus eſt in

## QUÆSTIO XLVI.

*Quomodo intelligis illud: aſcendit ad cœlos?*

### RESPONSIO.

QUòd adſpicientibus diſcipulis *a*, Chriſtus de terra in cœlum ſublatus eſt *b*, [at]que 1. etiamnum noſtrâ causâ ibidem [e]ſt, & erit *c*, 2. donec redeat ad judicandum [v]ivos & mortuos *d*.

*In cœlum.*) Quod Paulus *tertium cœlum* appellat. [Id]emque paradiſum: Eſaias Thronum Dei: Chri-[ſt]us Domum Patris ſui: Johannes civitatem Dei: novam Jeruſalem.



*Teſti-*

### *Teſtimonia Scripturæ.*

cœlis?
2.Cor.12.2.
Eſa.66.1.
Joh.14.2.
Apoc.3.12.

(*a*) Act. 1. 9. *Jeſus adſpicientibus (diſcipulis) elevatus* eſt: & nubes ſuſceptum eum abſtulit, *ab oculis eorum.*

(*b*) Marc. 16. 19. Poſtquam Dominus loquutus fuiſſet eis, *ſurſum receptus eſt in cœlum*: & ſedet ad dextram Dei.

Item, Luc.24.50.51. *Jeſus* eduxit diſcipulos foras ad Bethaniam uſque, & ſublatis manibus benedixit eis. Et factum eſt, ut ipſo benedicente *diſjunctus ab eis ſurſum ferretur in cœlum.*

(*c*) Joh.16.17. *Confert vobis*, *ut ego abeam* (inquit Chriſtus) niſi enim abiero, advocatus ille non veniet ad vos. Sin autem profectus fuero, mittam eum ad vos.

Item, Phil.3.20. Municipium noſtrum *eſt in cœlo*, unde etiam Servatorem exſpectamus Dominum Jeſum Chriſtum, &c.

(*d*) Act.3.21. *Jeſum Chriſtum oportet quidem cœ capiant, uſque ad tempora reſtitutionis omnium, de quibus loquutus eſt Deus à ſæculo per os omnium ſan*ctorum Prophetarum ſuorum.

*Promiſſio Chriſti de præſentia ſua uſque ad finem mundi, non eſt contraria adſcenſioni ejus.*

## QUÆSTIO XLVII.

### *An ergò Chriſtus non eſt nobiſcum uſque ad finem mundi, quemadmodum nobis promiſit?*

### RESPONSIO.

1. Quamobrem?

1. CHriſtus eſt verus Deus, & verus homo. Itaque ſecùndum naturam humanam jam non eſt in terra *a*: At ſecundùm divinitatem ſuam, majeſtatem *b*, gratiam & Spiritum nullo unquam tempore à nobis abeſt *c*.

*Quem-*



*Quemadmodum promiſit.*) Ecce ego ſum vobiſcum uſque ad finem mundi. Matth. 28.20.

*Majeſtatem.*) Divinam gloriam & dignitatem, quam in Eccleſia ſua ſufficienter oſtendit: dùm illam omnipotentiâ ſuâ contra omnes hoſtes tuetur, ac conſervat.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Joh.16.28. *Relinquo mundum*, & proficiſcor ad Patrem. Chriſtus.

Item, Matth.26.11. Semper pauperes habebitis vobiſcum: *me verò non ſemper habebitis.*

Item, Heb. 8. 4. *Si Chriſtus eſſet in terra, ne ſacerdos quidem eſſet.*

(*b*) Jerem. 23. 24. An non *cœlos* & *terram* ego impleo? dictum Jehovæ.

Item, Joh. 14. 23. Si quis diligit me, *ſermonem meum ſervabit & Pater meus diliget eum*, & ad eum veniemus & *apud* eum manſionem faciemus.

(*c*) 2.Cor. 13. 13. *Gratia Domini Jeſu Chriſti* & charitas Dei, *& communicatio Spiritus ſancti ſit cum omnibus vobis.*

Item, Joh. 14. 16. Ego verò rogabo patrem, & alium Advocatum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum.

Item, Joh.15.26. Quùm autem venerit conſolator ille, quem ego vobis mittam à Patre, ille teſtabitur de me.

*Duæ naturæ in Chriſto non divelluntur: tametſi humana natura non ſit, ubicunque eſt divina.*

## QUÆSTIO XLVIII.

### *An verò iſto pacto duæ naturæ in Chriſto non divelluntur, ſi non ſit natura humana, ubicunque eſt divina?*

### RESPONSIO.

1. Quomodo id probas?

MInimè: 1. Nam cum divinitas comprehendi non queat, & omni loco præ-



præ-

præſens ſit *a* : neceſſariò conſequitur eſſe eam quidem extra naturam humanam *b*, quam aſſumſit, ſed nihilominus tamen eſſe in eâdem, eique perſonaliter unitam permanere *c*.

*Extra humanam naturam.*) Hoc eſt: quoniam infinita & ubique præſens eſt, etiam ibi eſt, ubi natura humana non eſt: Alioquin infinita naturâ divina eſſet quaſi incluſa in humana, aut humana natura foret infinita, ſicut eſt divina.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) 1. Reg. 8. 27. Ecce cœli ipſi, & cœli cœlorum non capiunt te, quantò minùs domus hæc quam ædificavi?

Item, Job. 11. 8. 9. *Deus altior eſt altiſsimis cœlis:* quid agas? *profundior ſepulchro imo*, quid cognoſcas? *longior terrâ menſura ejus, & latior mari.*

(*b*) Joh. 3. 13. Nullus aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit è cœlo: nempe *Filius hominis qui eſt in cœlo* *.

(*c*) Col. 3. 9. In ipſo habitat † *plenitudo Deitatis* corporaliter *.

* Puta ſecundum divinitatem: Nam ſecundum humanitatem nondum aſcenderat ad cœlos, ſed loquebatur Nicodemo. † h. e. ſemper & perpetuo manet. * ſeu perſonaliter.

Dominica XVI.

## QUÆSTIO XLIX.

### *Quem fructum nobis adfert adſcenſio Christi ad cœlos?*

*Triplicem fructum percipimus ex adſcenſione Domini.*

RESPONSIO.

1. Quis eſt primus? 2. Quis ſecundus?

PRimum 1. quòd in cœlo apud Patrem pro nobis intercedit *a*: Deinde, 2. quòd carnem noſtram in cœlo habemus, ut eo tanquam certo pignore confirmemur fore, ut ipſe qui caput noſtrum eſt, nos ſua membra ad ſe extollat *b*. Tertio 3. quòd nobis ſuum Spiritum mutui pignoris loco mittit *c*: cujus efficaciâ non terrena, ſed ſuperna quærimus, ubi ipſe eſt ad dextram Dei ſedens *d*. 3. Quis tertius?



*Carnem noſtram.*) h. e. Chriſtum qui eſt ejuſdem nobiſcum naturæ.

*Pignoris loco.*) Nempe hæreditatis noſtræ in cœlo.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Heb. 9. 24. Non in manu factum ſacrarium *ingreſſus eſt Chriſtus*, quod ſit exemplar verò ſacrario reſpondens: ſed *in ipſum cœlum: ut compareat nunc* * *faciei Dei pro nobis.*

* Ut advocatus.

Item, Rom. 8. 34. *Chriſtus* eſt ad dextram Dei & *interpellat pro nobis.*

(*b*) Eph. 2. 6. *Deus* unà cum Chriſto *nos* ſuſcitavit: unaque *collocavit in* † *cœlis in Chriſto* JESU *.

† Quòd cœlum nunc poſſidemus per fidem: in ultimo autem die reverâ illud poſſidebimus. * tanquam capite noſtro.

Item, Joh. 14. 2. 3. *Proficiſcor paraturus vobis locum.* Et cum *profectus* fuero, & paravero vobis locum, *rurſum veniam, & aſſumam vos ad me ipſum.*

Item, Joh. 17. 24. Pater *quos dediſti mihi*, velim ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum: *ut conſpiciant gloriam illam* quam dediſti mihi, &c.

(*c*) Joh. 16. 7. Ego veritatem dico vobis: confert vobis ut ego abeam, *niſi enim abiero, advocatus ille non veniet ad vos: ſin autem profectus fuero, mittam eum ad vos.*

Itē, Eph. 1. 13. *In quo Chriſto* poſteaquam crediditis, *obſignati eſtis* † *Spiritu illo promiſsonis ſancto: qui eſt arrhabo hæreditatis noſtræ, dum in libertatem vindicemur.*

† Tanquam ſigillo quodam.

(*d*) Coloſſ. 3. 1. 2. 3. Si reſurrexiſtis cum Chriſto *ſuperna quærite: ubi Chriſtus eſt ad dextram Dei ſedens.*

*dens. Superna ſapite non terreſtria. Nam* mortui eſtis, *& vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.*

*Chriſti ſeſſio ad dextram eſt gloria & majeſtas ejus in cœlis a. quam ceu caput Eccleſiæ b. poſt exaltationem in omnes creaturas exercet c.*

## QUÆSTIO L.

**Cur additur: Sedet ad dextram Dei?**

RESPONSIO.

QUia Chriſtus ideo in cœlum aſcendit, ut ſe ibi *a* caput ſuæ Eccleſiæ declaret *b*, per quod Pater omnia gubernat *c*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Eph. 1. 20. 21. *Deus Chriſtum* ſuſcitavit ex mortuis, *& collocavit ad dextram ſuam in cœlis longè ſupra omne imperium.*

Item, Heb. 1. 3. *Chriſtus qui ſuſtinet omnia verbo illo ſuo potente*, purgatione peccatorum noſtrorum per ſe ipſum facta, *ſedet ad dextram majeſtatis illius in locis excelſiſsimis.*

Item, Heb. 8. 1. Talem nos habemus pontificem, qui *conſedit ad dextram throni majeſtatis illius in cœlis.*

(*b*) Eph. 1. 22. 23. *Deus* omnia ſubjecit ejus pedibus, *eumque conſtituit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ:* quæ eſt corpus ipſius, & complementum ejus, qui omnia implet in omnibus.

Item, Col. 1. 18. *Chriſtus eſt* caput corporis, *hoc eſt, Eccleſiæ.*

(*c*) Joh. 5. 22. *Pater omne judicium dedit Filio.*

Item, Matth. 28. 18. Dixit Jeſus: *Mihi data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terrâ.*

Item, 1. Cor. 15. 25. *Oportet eum regnare*, uſque quò omnes inimicos ſubjecerit pedibus ejus.

Dominica XIX.

## QUÆSTIO LI.

**Quid nobis prodeſt hæc gloria capitis Chriſti?**

*Ex ſeſsione Chriſti ad dextram duplicem fructum percipimus.*

RE-



RESPONSIO.

*1. Quis eſt primus? 2. Quis alter?*

PRimùm 1. quod per Spiritum ſanctum, in nos ſua membra cœleſtia dona effundit *a*: Deinde 2. quod nos ſuâ potentiâ contra omnes hoſtes protegit ac defendit.

*Omnes hoſtes.*) Ut ſunt Diabolus, Mundus, Caro noſtra, Mors atque Infernus.

*Teſtimonia Scripturæ.*

Actor. 2. 33. *Itaque Chriſtus Jeſus dextra Dei ſurſum ſublatus* & promiſſum *Spiritum ſanctum adeptus* à Patre, *effudit hoc, quod vos nunc ſpectatis & auditis.*

Item, Eph. 4. 8. *Chriſtus aſcendit ſublime* captivam duxit captivitatem, *& dedit dona hominibus.*

(*b*) Joh. 10. 28. *Nemo rapiet mihi oves meas ex manu mea.* Pater qui eas dedit mihi, major omnibus eſt: *neque quiſquam poteſt eas rapere* a manu Patris mei. Ego & Pater *unum* ſumus.

Item, 1. Cor. 15. 25. Oportet eum regnare uſque quò omnes inimicos ſubjecerit pedibus ſuis. *Ultimus* autem *hoſtis* abolebitur, *mors.*

Item, Apoc. 12. 10 Et audivi vocem magnam dicentem in cœlis: *Nunc facta eſt ſalus* & virtus, regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti, quùm dejectus eſt *Accuſator fratrum noſtrorum*, qui accuſabat eos ante conſpectum Dei noſtri die & nocte: *ſed ipſi vicerunt eum* propter ſanguinem agni, & propter ſermonem teſtimonii ſui.

*Chriſti reditus ad judicium ad conſolationem meam faciet propter tres cauſas.*

## QUÆSTIO LII.

**Quid te conſolator reditus Chriſti ad judicandum vivos & mortuos?**

RESPONSIO.

*1. Quæ eſt prima?*

1. QUòd in omnibus miſeriis & perſecutionibus, erecto capite *a*, eundem

illum

illum, qui ſe priùs pro me judicio Dei ſtatuit, & maledictionem omnem à me abſtulit, judicem è cœlo exſpecto *b*.

2. Quæ eſt altera? 2. qui omnes ſuos & meos hoſtes in æternas pœnas abjiciat.

3. Quæ tertia? 3. me verò cum omnibus electis ad ſe in cœleſtia gaudia, & ſempiternam gloriam traducat *d*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Luc. 21. 28. Quùm hæc omnia fieri incipient, *ſuſpicite & attollite capita veſtra: quoniam appropinquat redemtio veſtra.*

(*b*) 2. ad Timoth. 4. 8. Quod ſupereſt, repoſita eſt mihi *juſtitiæ corona*, quam reddet mihi Dominus in illo die, Juſtus ille Judex; *non ſolùm autem mihi, ſed & omnibus* qui diligunt illuſtrem illum ipſius adventum.

Item, Tit. 2. 13. Exſpectantes *beatam illam ſpem*, & illuſtrem illum adventum gloriæ magni illius Dei ac Servatoris noſtri Jeſu Chriſti: qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate.

Item, Apoc. 22. 20. Dicit qui teſtatur iſta: Etiam venio citò, Amen. Etiam veni Domine Jeſu.

(*c*) Apoc. 20. 10. *Diabolus*, qui ſeducebat eos, *conjectus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris*, ubi erat & beſtia illa, & ille Pſeudopropheta: *& cruciabuntur die ac nocte in ſæcula ſæculorum.*

Item, 2. Theſſ. 1. 7. 8. 9. 10. *Patefiet Dominus Jeſus de cœlo* cum Angelis ſuis potentibus: *cum igne flammante infligens ultionem iis, qui Deum non noverunt, neque auſcultant Euangelio* Domini noſtri Jeſu Chriſti, *qui pœnam pendent æterni exitii*, expulſi à facie Domini: & glorioſo ipſius robore, cum venerit, ut glorificetur in ſanctis ſuis, & admirandus fiat credentibus omnibus.



(*d*) Joh. 14. 3. Quùm profectus fuero, & paravero vobis locum, *rurſum veniam, & aſſumam vos ad me ipſum: ut ubi ego ero & vos ſitis.* Chriſtus.

Item, Joh. 17. 24. *Pater quos dediſti mihi, velim ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum:* ut conſpiciant gloriam illam meam, quam dediſti mihi.

Item, 1. Theſſ. 4. 17. *Nos vivi, qui reliqui erimus, rapiemur ſimul cum eis* in nubes, in occurſum Domini in aërem, *& ita ſemper cum Domino erimus.*

Dominica XX. *De Spiritu ſancto duo credo.*

# DE DEO SPIRITU SANCTO.

## QUÆSTIO LIII.

*Quid credis de Spiritu ſancto?*

### RESPONSIO.

1. Quodnam eſt primum? PRimùm 1. Quod ſit verus & coæternus Deus cum æterno Patre & Filio *a*.

2. Quod ſecundum? Deinde, 2. quod mihi quoque datus ſit *b*, ut me per veram fidem, Chriſti & omnium ejus beneficiorum participem faciat *c*, me conſoletur *d*,

3. Quare tibi datus eſt? Et quid operatur in te? Quandiu manebit tecum? & mecum 3. in æternum maneat *e*.

*Primum &c. Deinde.*) Prius ad perſonam Spiritus ſancti referri debet: poſterius ad officium ejus.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Matth. 28. 19. Profecti ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti.

Item, 1. Joh. 5. 7. Tres ſunt, qui teſtificantur in cœlo, *Pater, Sermo, & Spiritus ſanctus: & hi tres unum ſunt.*

Petrus Ananiæ.

Item, Act. 5. 3. 4. Cur implevit Satanas cor tuum, ut mentireris in *Spiritum ſanctum*: non es mentitus hominibus, ſed *Deo*.

Petrus in feſto Pentecoſtes.

Item, 1.Cor.3.16. An neſcitis vos eſſe templum Dei, & Spiritum Dei habitare in vobis, & c. 6. 19. An ignoratis corpus veſtrum templum eſſe Spiritus ſancti?

(*b*) Act.2.17.18. Ex Joële.2. 28. Erit in ultimis diebus. *Dicit Deus; Effundam ex Spiritu meo in quamvis* † *carnem*, & prophetabunt filii veſtri & filiæ veſtræ * & juvenes veſtri viſiones videbunt * & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt *; & quidem in ſervos meos, & ancillas meas in diebus illis effundam ex Spiritu meo, & prophetabunt.

† Super quoſvis homines: Cujuſcunque nationis, ætatis conditionis aut ſexus fuerint: ut mox enumerantur.

[ *** Hoc eſt, myſteria regni Dei intelligent deque iis verba facere poterunt: ſicut Prophetæ in V.T. quibus ſe Deus patefecit vel per viſiones vel per ſomnia, Num.12.10.]

Item, Gal. 4.6. Quoniam autem eſtis Filii, emiſit Deus Spiritum Filii ſui in corda veſtra, per quem clamamus Abba, Pater.

(*c*) Rom. 8. 9. *Qui ſpiritum Chriſti non habet non eſt ipſius.*

Item, 1.Cor. 12. 3. *Nemo poteſt Jeſum Dominum dicere* †, *niſi per Spiritum ſanctum.*

† Hoc eſt, per fidem agnoſcere & profiteri.

Item, Eph.3.16. Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti det vobis pro divite ſua gloriâ, *ut corroboremini fortiter per Spiritum ſuum* in interiore homine.

(*d*) Joh. 15. 26. Quum autem venerit * *Advocatus ille*, quem ego mittam vobis à Patre, *Spiritus* inquam *ille veritatis*, qui à Patre emanat, ille teſtabitur de me.

* vel conſolator.

(*e*) Joh. 14.16.17. Ego rogabo *Patrem*, & alium Advocatum *dabit vobis: ut maneat vobiſcum in æternum*: nempe Spiritum illum veritatis, quem mundus non poſt recipere.

Item, Joh. 14. 17. Quia *apud vos manet, & in vobis erit.*





# QUÆSTIO LIV.

Dominica XXI. Eccleſia Chriſti

## *Quid credis de ſancta & Catholica Chriſti Eccleſia?*

*Catholica eſt cœtus ex univerſo genere humano* b. *ad vitam æternam electus* c. *in vera fide conſentiens* f.

## RESPONSIO.

CRedo 1. Filium Dei *a*, 2. ab initio mundi *b*, ad finem uſque *c*, ſibi ex univerſo genere humano *d*, cœtum ad vitam æternam electum *e*, 3. per Spiritum ſuum *f*, & 4. verbum *g*, in vera fide conſentientem *h*, colligere, 5. tueri ac ſervare *i*: 6. meque vivum ejus cœtûs membrum eſſe *k*, & perpetuo manſurum, *l*.

1. Quis colligit hunc cœtum? 2. Quando colligit illum? 3. Per quem colligit? 4. Quo medio utitur in colligendo ſibi Eccleſiam? 5. An colligit tantum? 6. Quid porro credis in hoc articulo?

(*De ſancta.*) Eccleſia dicitur ſancta: quia Chriſti ſanguine & ſpiritu ſancto eſt ſanctificata, h.e. propter meritum Chriſti coram Deo perfectè ſancta & juſta cenſetur: Deinde per Spiritum ſanctum renovatur, ut vitæ ſanctitati ſtudeat.

(*Catholica.*) Hoc eſt: Ex univerſo genere humano collecta, neque ad certum locum, aut certum populum, aut urbem aliquam certam alligata.

(*Electum.*) Hæc particula innuit diſcrimen externæ & viſibilis Eccleſiæ, in qua pii permixti ſunt malis & impiis: Et inviſibilis, in qua tantùm electi vera fide prædit & pii verſantur.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Eph.4. 11. 12. *Chriſtus dedit* alios *Apoſtolos*: alios *Prophetas*: alios *Evangeliſtas*: alios *Paſtores & Doctores*, ad coagmentationem ſanctorum, ad opus miniſterii, *ad ædificationem corporis Chriſti* *

* Quod corpus eſt Eccleſia & ex Chriſti.

(*b*) Luc.11.49. 50. 51. Propterea dicit Sapientia Dei: Mittam ad eos Prophetas & Apoſtolos:

& ex ipſis quoſdam trucidabunt : & quoſdam ex
pellent, u. à gente iſtâ requiratur ſanguis *omnium*
*Prophetarum*, effuſus *à jacto mundi fundamento:*
ſanguine *Abel*, *ubſque ad* ſanguinem *Zachariæ*, qu
periit inter altare & ædem.

Item, Joh. 10. 16. Alias etiam oves habeo qu
non ſunt ex hac caula: illas quoque oportet me ad
ducere : nam vocem meam audient, fietque unu
ovile & unus paſtor.

(*c*) Matt. 28.20. Ecce ego ſum vobiſcum omni
bus diebus *uſque ad finem mundi*.

Item, 1.Cor.11.26. Quotieſcunque de hoc pan
ederitis : & de hoc poculo biberitis : mortem Do
mini annunciate, *donec veniat*.

Deus Pater ad Filium.

(*d*) Pſal.2.8. Filius meus es : Ego hodie genu
te ; *Pete à me & donabo gentes in poſſeſſionem tuam*
*& fines terræ ſuæ poſſeſſionis tuæ*.

Item, Apoc.5.9. *Redemiſti nos Deo per ſanguine*
*tuum & omni tribu & linguâ, & populo & nation*

(*e*) Rom. 8.28.30. Novimus autem, iis qui di
ligunt Deum omnia ſimul adjumento eſſe ad bo
num : iis videlicet qui ex propoſito ipſius † voca
ſunt. Nam *quos prænovit, etiam prædeſtinavit : qu*
*verò prædeſtinavit, eos etiam vocavit; & quos vocavi*
*eos etiam juſtificavit; quos autem juſtificavit, eos etia*
*glorificavit*.

† Hoc eſt, ſecundum æternũ Dei propoſitum & decretũ.

Item, Joh. 10.26.27.28. Vos non creditis, no
enim eſtis ex ovibus illis meis, ſicut dixi vobi
Oves illæ meæ vocem meam audiunt, & ego e
agnoſco, & ſequuntur me: & *ego do eis vitam æte*
*nam*.

Chriſtus ad Judæos.

Item, 2. Tim. 1. 9. Qui ſervavit nos & vocav
vocatione ſancta : non ex operibus noſtris, ſed
ſuo propoſito & gratia, quæ data eſt nobis in Chri
ſto Jeſu ante tempora ſecularia.

(*f*) Eſa. 43. 18. 19. Effundam aquas ſuper
tientem, & fluenta ſuper aridam, effundam Spi
*tum meum* ſuper ſemen tuum, & benedictione
mea



eam ſuper prognatos tuos, & efflorefcant velut
nter gramen, velut ſalices, inquam, ſecundum pro
feſſus aquarum, &c.

(*g*) Rom. 17. 18. 19. Habeo quod glorier per
hriſtum Jeſum in iis, quæ ad Deum pertinent.
Non enim ſuſtinuerim quicquam loqui, quod non
*fecerit Chriſtus per me* adductis ad obedientiam
entibus *verbis & factis*, virtute ſignorum ac pro
giorum, *virtute Spiritus Dei :* adeo ut ab Hieru
lem & circum jacentibus regionibus uſque ad Il
ricum impleverim prædicandi Euangelii Chriſti
unus.

(*h*) Eph. 4. 4. Unum *eſt* corpus, & unus Spiri
s : ſicut & vocati eſtis in unam ſpem vocationis
ſtræ : unus Dominus, *una fides*, unum baptiſma.
Item Eph. 4. 13. Donec evadamus omnes *in u*
*tatem fidei & agnitionis* Dei.

† Chriſtus ad Petrum Super hanc confeſſionem tuam, quod ego ſum Chriſtus Filius Dei viventis. v. 6.

(*i*) Matth. 16. 18. *Super hanc petram* † *ædifica*
*meam Eccleſiam : & portæ inferorum* * *non ſupe*
*bunt eam* *.

** Hoc eſt tametſi omnes Spiritus infernales, eorumque organa in hoc mundo inſidioſis ſuis conſiliis & cruentis molitionibus conſpirent contra meam Eccleſiam, tamen illam non ſuperabunt. Iſraelitæ namque olim ſua dicaſteria & judicia in portis habebant : quæ ſimul contra omnem vim erant bene munitæ.

Item, 1.Pet. 1. 5. Virtute Dei cuſtodimur per
em ad ſalutem, quæ parata eſt patefieri tempore
imo.

(*k*) Eph. 2. 19. 20. 21. 22. *Nempe igitur non*
*plius eſtis hoſpites & inquilini, ſed concives Sancto*
*, ac domeſtici Dei :* ſuperſtructi ſuper funda
ntum Apoſtolorum ac Prophetarum, quum i
s angularis lapis ſit ipſe Chriſtus : in quo totum
ficium congruenter coagmentatum creſcit, ut ſit
ctum templum Domino : in quo *& unà ædifica*
*i ut ſitis domicilium Dei per Spiritum*.

 (*l*) Pſal.

(*l*) Pſal. 23. 6. Nihil niſi bonum & benignitas proſequentur me omnibus diebus vitæ meæ: & *quietus ero in domo Jehovæ: quamdiu longa erunt temporis.*

Item, Rom. 8. 38. Nam certus ſum quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura: neque ſublimitas, neque profunditas, neque res ulla alia creata poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu.

Item, 2. Cor. 1. 8. 9. *Deus confirmabit vos usque ad finem* inculpatos in diem Domini Jeſu Chriſti. Fidelis eſt Deus, per quem vocati eſtis in communionem Filii ipſius Jeſu Chriſti, Domini noſtri.

## QUÆSTIO LV.

*Communio Sanctorum eſt communio omnium fidelium. 1. cum Chriſto 2. & omnibus ejus bonis b. 2. inter ſeſe.*

### *Quis ſibi vult Communio Sanctorum?*

### RESPONSIO.

*1. Quomodo fideles communionem habent cum Chriſto? 2. Quomodo fideles communionem habent inter ſeſe?*

PRimùm quod univerſi & ſinguli credentes, Chriſti *a*, & omnium ejus bonorum *b*, 1. tanquam ipſius membra communionem habeant. Deinde 2. quod ſinguli quæ acceperunt dona, in commune commodum & univerſorum ſalutem promptè & alacriter conferre debeant *d*.

*Primum. Deinde.*) Quæ hoc loco de communione noſtri cum Chriſto dicuntur, ſerviunt consolationem noſtram. Quæ verò dicuntur communione ſanctorum, faciunt ad noſtram inſtitutionem: ut nimirum fraternam charitatem invicem alii aliis exhibeamus.

*Tanquam membra.*) Cum Chriſto nimirum tanquam capite noſtro.



### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) 1. Joh. 1. 3. *Communio noſtra cum Patre*, & cum Filio ejus *Jeſu Chriſto*.

(*b*) Rom. 8. 32. Deus proprio Filio non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit eum: *qui non etiam cum eo omnia nobis gratificabitur?*

Item, Joh. 1. 16. *Ex plenitudine ipſius omnes accepimus*, *& gratiam pro gratiâ* *.

* h. e. gratiam unam poſt aliam: ſeu gratiam copioſam. Gratiæ autem nomine hic intelliguntur dona quæ Deus nobis ex gratia per Chriſtum. Vel in Chriſto largitur & confert.

(*c*) Eph. 5. 29. 30. Nullus unquam ſuam ipſius carnem odio habuit: imo enutrit, ac fovet eam; ſicut & dominus Eccleſiam: quoniam *membra ſumus corporis ejus* ex carne ejus, & ex oſſibus ejus.

Item, Col. 2. 19. Ex capite † *totum corpus* per commiſſuras & compages *ſuppeditatum*, *& compactum* augeſcit Dei augmento.

† Quod caput eſt Chriſtus.

(*d*) Rom. 12. 4. 5. 9. Quemadmodum enim in uno corpore *multa membra* habemus: membra verò omnia eandem non habent actionem. Ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alii aliorum membra. Habentes autem *diverſa dona* pro gratia quæ data eſt nobis, ſive Prophetiam prophetemus pro proportione fidei, &c.

Item, 1. Pet. 4. 10. Ut *quiſque accepit donum: ita alius in alium illud ſubminiſtrate, ut boni diſpenſatores variæ Dei gratiæ.*

## QUÆSTIO LVI.

*De Remiſſione peccatorum credo. Deum meorum peccatorum omnem memoriam depoſuiſſe* c: *& me juſtitia Chriſti donare* d.

### *Quid credis de Remiſſione peccatorum?*

### RESPONSIO.

*1. Propter quid Deus peccatorum tuorum memoriam depoſuit? 2. Quorum*

DEum 1. propter ſatisfactionem Chriſti *a*, 2. meorum peccatorum, atque ejus etiam pravitatis, cum quâ mihi per omnem vitam pugnandum eſt *b*, memoriam omnem depoſuiſſe *c*: & me juſtitia Chriſti

peccatorum memoriam depoſuit? 3. Quem fructũ percipis ex remiſſione peccatorũ?

Chriſti gratis donare *d*, 3. ne unquam in judicium Dei veniam *e*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Eph. 1. 7. *in Chriſto habemus redemtionem per ſanguinem ipſius, remiſſionem, inquam, lapſuum ex divite ipſius gratia.*

(*b*) Pſal. 103. 3. *Qui condonat OMNES iniquitates tuas: qui medetur OMNIBUS morbis tuis.*

Item, Rom. 7. 24. 25. Miſer ego homo, quis me *eripiet ex iſto corpore mortis? Gratias ago Deo* per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Item, Rom. 8. 1. *Nulla igitur eſt condemnatio iis qui ſunt in Chriſto Jeſu*: qui non ſecundum carnem incedunt: ſed ſecundum Spiritum.

(*c*) Jer. 31. 34. Condonabo iniquitatem ipſorum, & peccati ipſorum non recordabor amplius.

(*d*) Rom. 2. 24. *Juſtificamur gratis, id eſt, ex gratiâ, per redemptionem factam in Jeſu Chriſto.*

(*e*) Joh. 5. 24. Amen, Amen, dico vobis, qui ſermonem meum audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, & *in condemnationem non veniet*, ſed tranſivit à morte in vitam.

Item, Rom. 8. 33. 34. *Quis intentabit crimina adverſus Electos Dei? Deus is eſt, qui juſtificat. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus is eſt, qui mortuus eſt.*

Dominica XXII.

## QUÆSTIO LVII.

### *Quid te conſolatur Reſurrectio carnis?*

*Reſurrectio carnis tribus modis me conſolatur.* 1. *quòd caro mea reſurget*: e. 2. *rurſum animæ ſuæ unietur*. f. 3. *glorificabitur*.

RESPONSIO.

1. Quod aſſumetur anima tua poſt mortẽ?

QUòd non tantum 1. anima mea: poſtquam è corpore exceſſerit, è veſtigio *a*, ad Chriſtum ſuum caput aſſumetur *b*,

verum



verum etiam quòd 2. hæc caro mea *c*, 3. potentia Chriſti *d*, excitata *e*, rurſus animæ meæ unietur *f*, & 4. glorioſo corpori Chriſti conformabitur *g*.

2. Quæ caro reſurget? 3. Cujus potentia? 4. Quomodo caro tua glorificabitur?

*è veſtigio.*) Non ante in fictitium Papiſtarum Purgatorium.

*Hæc caro mea.*) Hoc ipſum corpus, quod circumgeſto, & quod in pulverem redigetur: neq; aliud corpus, quoad eſſentiam: incorruptibile tamen & glorioſum. 1. Cor. 15. 42. 43.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Luc. 23. 43. Amen dico tibi: *HODIE mecum eris in paradiſo* †.

† Jeſus ad latronem in cruce.

Item, 2. Cor. 5. 8. Confidimus autem, & probamus potius migrare è corpore, & ad Dominum re habitatum.

Item, Apoc. 14. 13. *Beati* mortui ii, qui Domini cauſâ moriuntur *ab hoc tempore.*

Luc. 16. 22. Factum eſt autẽ ut *moreretur mendic⁹ Lazarus, & aſportaretur* ab Angelis *in ſinũ Abrahæ.*

(*b*) Salom. in Eccl. 12. 9. Redibit ipſe pulvis in terram, quemadmodum fuerat. Spiritus autem *redibit ad Deum, qui dederat illum.*

Item, Phil. 1. 23. *Deſidero diſſolvi & eſſe cum Chriſto, id longè optimum eſt.*

(*c*) Job. 19. 25. 26. 27. *Scio ego*, quòd redemtor meus vivit, & in noviſſimo die de terrâ ſurrecturus ſum: & rurſum *circumdabor hac pelle mea, & in carne meâ videbo Deum: quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt*, & non alius.

Item 1. Cor. 15. 53. *Oportet enim iſtud corruptioni obnoxium induere incorruptam naturam, & mortale id induere immortalitatem.*

(*d*) Joh. 5. 28. 29. Veniet hora, *quâ* omnes qui in monumentis ſunt *audient vocem ejus (Filii Dei) & prodibunt*, qui bona fecerint in reſurrectionem vitæ.

Chriſtus.

 (*e*) Joh.

(*e*) Joh. 6. 39. 40. *Hæc eſt autem voluntas Patri* *qui miſit me*, ut quicquid mihi dederit, *non perda* ex eo, ſed *ſuſcitem* illud in ultimo die. Hæc e voluntas ejus, qui miſit me, ut omnis qui conſpic Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam *ego verò ſuſcitabo ipſum ultimo illo die.*

† Nempe arefactis mortuorum.

(*f*) Ezech. 37. 5. 6. Sic ait Dominus Jehov *oſſibus iſtis* †: ecce ego *inducturus ſum in vos Spiri tum (animam) ut vivatis.* Nam addam vobis ne vos, & obducam vobis carnem, & ſuperindam vo bis cutem, ponamque in vobis Spiritum, *& viveti* ut agnoſcatis me eſſe Jehovam.

Item, Joh. 10. 17. 18. Propterea Pater me dili git, quia ego pono animam meam ut eam rurſu ſumam: Nemo tollit eam à me, ſed ego pono ea à me ipſo, poteſtatem habeo ponendi eam & a ſumendi eam.

(*g*) Phil. 3. 21. *Dominus Jeſus Chriſtus transfig rabit corpus noſtrum humile, ut conforme fiat ejus cor pori glorioſo*, pro efficacitate, quâ poteſt etiam ſub jicere ſibi omnia.

* Dum ſepelitur.

Item, 1. Cor. 15. 42. 43. Seritur * corpus co ruptioni obnoxium, *ſuſcitatur cum incorruptâ nat râ*: ſeritur fœdum, *ſuſcitatur cum decore.*

## QUÆSTIO LVIII.

*Ex articulo de vita æterna hanc capio conſolationem: quod poſt hanc vitam plena perfectaque beatitudine potiturus ſum.*

### *Quam conſolationem capis ex articulo de Vitâ æterna?*

### RESPONSIO.

1. Unde certò capis hanc conſolationem de plena illa perfectaque beatitudine?

QUod, quoniam 1. in præſentiâ vit æternæ initia in meo corde præſen tiſco *a*, futurum ſit, ut poſt hanc vitam pl nâ perfectâque beatitudine potiar *b*, 2. i qu



quâ Deum in æternum celebrem *c*: quam quidem beatitudinem nec oculus vidit, nec auris audivit, nec ullus homo cognitione (*cogitatione*) comprehendit *d*.

2. In quem finem dabitur illa beatitudo?

3. Qualis erit illa beatitudo?

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Joh. 11. 25. 26. Qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit, vivet; & quiſquis vivit & credit in me, non morietur in æternum.

Item, Rom. 8. 23. 24. Neque verò illa ſolum ſed & ipſi qui primitias Spiritus habemus, nos, inquam, apud nos ipſos ſuſpiramus adoptionem reſpectantes, redemptionem corporis noſtri. Nam ſpe ſervati ſumus, &c.

Item, 1. Pet. 1. 7. 8. Jeſus Chriſtus patefiet, quem cum non *videritis*, diligitis: in quem, nunc eum non cernentes tamen credentes, *exultatis gaudio ineffabili & glorioſo.*

(*b*) Matth. 25. 34. 36. Tunc dicet Rex (Chriſtus) iis, qui ad dextram ipſius erunt: Adeſte benedicti Patris mei: poſſidete regnum paratum vobis a jacto mundi fundamento. Et *abibunt juſti ad vitam æternam.*

Item, 1. Cor. 13. 10. *Poſtquam advenerit, quod perfectum eſt, tunc quod ex parte eſt abolebitur.*

(*c*) Apoc. 22. 3. 4. In nova Hieruſalem ſedes Dei & Agni in eâ erit. & *ſervi ejus ſervient ei* †: & videbunt faciem ejus, & nomen ejus, in frontibus ipſorum erit.

† Jugiter laudando & celebrando eum.

Item, Apoc. 19. 10. Tunc vox è throno prodiit, dicens: *Laudate Deum noſtrum omnes ſervi ejus, & qui timetis eum parvi & magni.*

(*d*) 1. Cor. 2. 9. Sed prædicamus ſicut ſcriptum eſt: quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in mentem hominis venerunt, quæ paravit Deus iis, à quibus ipſe diligitur.

Dominica XXIII.

*Duæ utilitates ad me redeũt cum hæc omnia credo.*

1. Quæ eſt prima?

2. Quæ altera?

## QUÆSTIO LIX.

*At cum hæc omnia credis: quid utilitatis inde ad te redit?*

RESPONSIO.

1. Quod in Chriſto juſtus ſum coram Deo *a*: & 2. hæres vitæ æternæ.

*Hæc omnia.*) Nempe quæ in hactenus explicatis articulis fidei, velut ſumma Euangelii, continentur.

*Juſtus coram Deo.*) Juſtum eſſe coram Deo, ſive juſtificari, eſt à peccatis abſolvi: ac pro juſto reputari. Sic vox iſta paſſim in Scriptura uſurpatur, ut:

Prov. 17. 15. *Qui juſtificat improbum: & qui condemnat juſtum, abominationi Jehovæ ſunt æque ambo.*

Matth. 12. 37. *Ex ſermonibus tuis juſtificaberis, & in ſermonibus tuis condemnaberis.*

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Rom. 1. 16. 17. Euangelium Chriſti eſt potentia Dei ad ſalutem *cuivis credenti. Juſtitia* enim Dei per illud retegitur, ex fide in fidem: ſicuti ſcriptum eſt, Juſtus *ex fide vivet.*

(*b*) Rom. 5. 1. 2. Juſtificati igitur ex fide: *pacem* habemus erga Deum per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: per quem etiam fide habuimus hunc aditum in gratiam hanc, in qua ſtamus, & gloriamur ſub ſpe gloriæ Dei.

*Coram Deo SOLA fide in Jeſum Chriſtum juſtus ſum a.*

1. Quomodo juſtus es coram Deo, cum ſis peccator?

2. Qua conditione, perfecta Chriſti ſatisfactio donatur?

3. Quomodo igitur juſtus es coram Deo?

## QUÆSTIO LX.

*Quomodo juſtus es coram Deo?*

RESPONSIO.

Sola fide in Chriſtum *a*: adeo ut 1. licet me mea conſcientia accuſet, quod adverſus omnia mandata Dei graviter peccaverim,



verim, nec ullum eorũ ſervaverim, adhæc, etiamnum ad omne malum propenſus ſim *b*: nihilominus tamen (2. modo hæc beneficia verâ animi fiduciâ amplectar *c*) ſine ullo meo merito, ex mera Dei miſericordiâ mihi perfecta ſatisfactio, juſtitia & ſanctitas Chriſti imputetur *d*, ac donetur. 3. perinde ac ſi nec ullum ipſe peccatum admiſiſſem, nec ulla mihi labes inhæreret: immo verò quaſi eam obedientiam quam pro me Chriſtus præſtitit, ipſe perfectè præſtitiſſem *e*.

*Ad omne malum propenſus.*) Nempe quoad veterem hominem; h. e. quoad corruptæ naturæ reliquias: quæ etiam in regeneratis ſuperſunt.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Rom. 3. 28. Colligimus igitur, fide juſtificari hominem *abſque operibus legis.*

Item, Gal. 2. 16. *Scientes, non juſtificari hominem ex operibus legis, ſed per fidem Jeſu Chriſti*: etiam nos in Chriſtum Jeſum credidimus, ut *juſtificaremur ex fide Chriſti & non ex operibus* legis: propterea quod non juſtificabitur ex operibus *legis* ulla caro.

(*b*) Rom. 7. 14. Scimus enim legem eſſe ſpiritualem: at ego carnalis ſum, venditus ut ſubjicerer peccato.

Item, Rom. 7. 21. 22. 23. *Comperio volenti mihi facere bonum hanc legem* † *impoſitam eſſe, quod mihi malum adjaceat: Delector enim lege* † *Dei*, quoad interiorem hominem: *ſed video aliam legem* † *in membris meis belligerantem, adverſus legem* † *mentis meæ: & captivum reddentem me legi peccati quæ eſt in membris meis.*

†††† Quatuor his locis vocabulum Legis aliud nihil notat, quàm motus & inſtinctus varios:

Item, ad Gal. 5. 16. 17. Hoc autem dico, Spiritu

ritu incedite, & quod concupiſcit caro, ne perficiatis. Nam caro concupiſcit adverſus Spiritum, Spiritus autem adverſus carnem. Hæc autem inter ſe oppoſita ſunt, ut non quæcunque volueritis, eadem faciatis.

(e) Matth. 9. 2. Confide fili, remiſſa ſunt tibi peccata tua.

Item Rom. 10. 10. *Corde creditur ad juſtitiam.*

Item, Rom. 4. 23. 24. Non ſcriptum eſt autem propter eum (Abrahamum) ſolum, quod hoc imputatum fuerit ei: ſed etiam propter nos, quibus futurum eſt ut imputetur: iis nimirum qui *credunt in eum, qui ſuſcitavit JESUM Dominum noſtrum à mortuis.*

(d) Rom. 3. 24. 25. *Juſtificamur gratis, id eſt ejus gratia per redemtionem factam, in Jeſu Chriſto: quem propoſuit Deus placamentum per fidem in ſanguine ipſius*, ad demonſtrandam juſtitiam ſuam per remiſſionem præcedentium peccatorum.

Item. Rom. 4. 6. 7. 8. *Sicut etiam David declarat beatam* eum hominem, cui Deus imputat juſtitiam abſque operibus: *dicens, Beati quorum remiſſa ſunt iniquitates, & quorum obtecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.*

Item, Rom. 5. 9. *Juſtificati igitur ejus ſanguine,* ſervabimur nunc multò magis ab ira.

Item, Rom. 5. 18. 19. Nempe igitur ſicut per unum lapſum (Adami) reatus venit in omnes homines ad condemnationem: ita per unam *juſtificationem* (*Chriſti*) *beneficium redundavit in omnes homines ad juſtificationē vitæ.* Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi: ita *per unius obedientiam juſti conſtituentur multi.*

(c) Eſa. 1. 18. *Si fuerint peccata veſtra velut dibapha, tanquam nix exalbeſcent: ſi rubra fuerint, velut coccinum, ſimilia lanæ erunt.*

Item, Mich. 7. 19. *Subiget iniquitates noſtras: immò*

quorum aliqui quidem fiunt ad bonum; ſecundum hominem interiorem & regeneratum: aliqui ad malum, ſecundum veterem hominem ſeu naturam corruptam: quæ etiam in regeneratis in hac vita conſpicitur.



*immò projecturus eſt in profundiſſimum maris omnia peccata noſtra.*

Item, 2. Cor. 5. 28. Fecit enim ut qui non novit peccatum pro nobis peccatum eſſet: *ut nos efficeremur juſtitia Dei in eo.*

## QUÆSTIO LXI.

*Cur SOLA fide te juſtum eſſe affirmas?*

*SOLA fide me juſtum eſſe affirmo coram Deo, ideo, quia eſt unicum organon, quo ſatisfactionem Jeſu Chriſti amplecti & mihi applicare poſſim c.*

### RESPONSIO.

NOn quod dignitate meæ fidei Deo placeam *a*: ſed quod 2. SOLA ſatisfactio, juſtitia, & ſanctitas Chriſti mea juſtitia ſit coram Deo *b*: ego verò eam non aliâ ratione, quam fide amplecti & mihi applicare queam *c*.

1. Numquid igitur dignitate fidei tuæ Deo places, & juſtus es?

2. Qui igitur propriè eſt tua juſtitia coram Deo?

*Non dignitate fidei.*) Quemadmodum oculus pes, manus, & os, quibus ſcriptura comparat fidem, Joh. 1. 22. & 6. 35. 40. 53. non ob dignitatem quam membra illa in ſe habent, quempiam alunt aut ditant, ſed quia iſtrumenta ſunt quibus res illæ acquiruntur, apprehenduntur & applicantur: Ita fides noſtra, & fiducia meriti Jeſu Chriſti juſtificat, non ob dignitatem ſuam, tanquam ſi fides ſit virtus ejuſmodi perfecta: ſed ob meritum & ſatisfactionem Chriſti: quatenus illa ſibi acquirit, apprehendit, & applicat.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(a) Rom. 4. 5. Ei qui non operatur *, ſed credit in eum qui juſtificat impium, imputatur fides ſua pro juſtitia.

* Proinde non ex fide quatenus eſt bonum opus in fidelibus: ſed quatenus eſt organon apprehendens & applicans ipſis Chriſti juſtitiam. Vide Q. 60. lit. d.

Item,

Item, Eph. 2. 8. 9. *Gratia* eſtis ſervati *per fidem*: & hoc *non ex vobis: Dei donum eſt. Non ex operibus*, ne quis glorietur.

(*b*) Juſtificamur gratis, &c.

Item, Juſtificati ſanguine ejus, &c.

Item, Sicut per unum lapſum, &c.

Item, 2. Cor. 5. 21. Fecit enim qui non novit peccatum, &c.

(*c*) Rom. 3. 22. Nunc verò abſque lege Juſtitia Dei patefacta eſt, comprobata teſtimonio legis prophetarum, Juſtitia in quam Dei † per fidem Jeſu & Chriſti in omnes & ſuper omnes qui credũt, &c.

† Utpote per quam hæc juſtitia Dei nobis oblata apprehenditur. Proinde fides non eſt ipſa juſtitia, ſed inſtar manus mendici, quæ eleemoſynam oblatam accipit.

Item, Heb. 11. 7. *Per fidem* divinitus admonitus Noë condemnavit mundum, & ejus quæ ex fide eſt *Juſtitiæ factus eſt hæres.*

Item, Rom. 4. 3. *Credidit autem Abrahamus Deo: & imputatum eſt ei ad juſtitiam.*

Item, Phil. 3. 9. *Non habens eam juſtitiam, nempe quæ eſt ex lege: ſed eam quæ per fidem eſt Chriſti.*

Dominica XXIV.

*Bona opera noſtra non poſſunt eſſe juſtitia, vel pars aliqua juſtitiæ coram Deo: quia ſunt imperfecta* b.

## QUÆSTIO LXII.

*Cur noſtra bona opera non poſſunt eſſe juſtitia, vel pars aliqua juſtitiæ coram Deo?*

RESPONSIO.

1. Qualis debet eſſe illa juſtitia quæ in judicio Dei cõſiſtat?

PRopterea quod oporteat eam juſtitiam quæ in Judicio Dei conſiſtat, 1. perfectè abſolutam eſſe & omni ex parte divinæ legi congruentem *a*: Noſtra verò etiam præſtantiſſima quæque opera in hâc vitâ ſint



[ſ]int imperfecta: atque adeo peccatis inquinata *b*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

Quæſt. 4. & quæſt, 10.

(*a*) Diliges Deum, &c. Item, Maledictus, &c.

Item, Jac. 2. 10. Quiſquis enim totam legem ſervaverit, offenderit autem *in uno*, factus eſt omnium reus.

(*b*) Pſal. 130. 3. Si iniquitates obſervaveris, Domine, Domine quis poſſit conſiſtere?

Item, Eſa. 64. 6. *Sumus ut immundus omnes nos, & ſicut panniculus abjectiſſimus omnes juſtitiæ noſtræ.*

Item, 1. Ioh. 1. 8. Si dixerimus nos peccatum non habere, nos ipſos fallimus & veritas in nobis non eſt: Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus ut remittat nobis peccata noſtra & purget nos ab omni iniquitate.

*Quamvis Deus bonis operib⁹ mercedem promittat, tamen inde nõ conſequitur, illa aliquid apud Deum promereri.*

## QUÆSTIO LXIII.

*Quomodo bona opera noſtra nihil promerentur, cùm Deus & in præſenti & in futurâ vitâ mercedem pro his ſe daturum promittat?*

RESPONSIO.

1. Quare nõ ſequitur?

MErces ea non datur ex merito *a*: ſed ex gratiâ *b*.

*In præſenti & in futura vita mercedem promittat.*) *Sicut ſcriptum eſt*. 1. Tim. 4. 8. Pietas ad omnia utilis eſt: & habet promiſſionem hujus & futuræ vitæ. *Itẽ*, Marc. 10. 29. 30. Amen dico vobis, nullus eſt, qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros mea cauſa, & Euangelii, quin accipiat *centuplicia nunc iſto tempore*, domos & fratres, & ſorores, & matres, liberos, & agros cum perſecutionibus, & in ſeculo futuro vitam æternam.

Teſti-

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Luc. 17.10. *Cum feceritis, quæ præcepta ſunt vo-bis, dicite: Servi inutiles ſumus: nam quod debuimus fa-cere, fecimus.*

Item, Rom. 11. 35.36. *Quis prior dedit ei* ( *Do-mino*) *& reddetur ei?* Nam ex eo, & per eum & in ipſum ſunt omnia. Ipſi ſit gloria in ſæcula, Amen.

* Quæ hæreditas non cadit ſub meritum.

(*b*) Col. 3. 24. Scientes vos à Domino receptu-ros mercedem * hæreditatis, nam Domino Chriſto ſervitis.

Item, 2. Timot. 1. 16. Det ei Dominus ut inve-niat *miſericordiam* apud Dominum in die illo, &c.

*Doctrina de juſtificatione fidei abſque operibus non reddit homines profanos a.*

## QUÆSTIO LXIV.

*Annon hæc doctrina reddit homines ſecuros & prophanos?*

RESPONSIO.

1. Quamobrem?

Non *a*: 1. neque enim fieri poteſt, qui-nii, qui Chriſto per fidem inſiti ſunt, fructus proferant gratitudinis *b*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Rom. 3. 31. *Legem igitur inanem reddimus per Fidem? Abſit: immò legem ſtabilimus.*

Item, Rom. 6. Quid igitur dicemus? perman-bimusne in peccato, ut gratia auctior fiat? Abſit. Qui mortui ſumus peccato, quomodo adhuc vi-mus in eo?

* Non permittit, ut peccatum ſibi dominetur.

† In peccatis contumaciter perſeverare.

(*b*) 1. Ioh. 3. 9. *Quiſquis natus eſt ex Deo, pecca-non dat operam* *, quoniam ſemen ipſius in eo ma-net, nec poteſt peccare † eò quod ex Deo natus e-

Item, Ioh. 15.5. Ego ſum vitis, vos palmites, *qui manet in me, & in quo ego maneo, hic fert fru-ctum multum.*

DE S…



# DE SACRAMENTIS.

## QUÆSTIO LXV.

Dominicā XXV.

*Quoniam igitur ſola fides nos Chriſti atque omnium ejus beneficiorum participes fa-cit: unde hæc fides proficiſcitur?*

*Spiritus ſanctus accendit & confirmat fidem a.*

RESPONSIO.

A Spiritu ſancto *a*: qui eam 1. per præ-dicationem Euangelii *b*, in cordibus noſtris accendit, & 2. per uſum Sacramen-torum confirmat *c*.

1. Per quid accendit fidem?

2. Per quid eandem confirmat?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Quoniam habemus eundem *Spiritum fidei*, &c.

Vid. quæſt. 21. ſub lit. e.

(*b*) Fides eſt ex auditu, &c.

Vid. quæſt. 21. ſub lit. f.

Itē. 1. Cor. 1. 3. 5. 6. Quis igitur eſt Paulus, quis verò Apollos, niſi miniſtri per quos credidiſtis & ut cuique Dominus dedit? Ego plantavi, Apollos riga-vit, ſed Deus dedit incrementum, &c.

(*c*) Rom. 4. 11. Abraham accepit ſignum *circum-ciſionis, ſigillum juſtitiæ fidei* * quæ erat in præputio.

* Hoc eſt: circumciſio erat confirmatio fidei, qua jam ante apprehenderat juſtitiam in præputio, quamque ſibi per fidem applicaverat.

Item, Act. 8. 36. 37. 38. Eunuchus ait: En aquam, quid prohibet me baptizari? Dixit verò Philippus: Si credis ex toto corde, licet: Reſpondens autem ille dixit: Credo, Jeſum Chriſtum eſſe Filium illum Dei. Juſſitq́; ſiſti currum: ac deſcenderunt ambo in illam aquam Philippus ſimul & Eunuchus: & ille baptizavit eum †.

† Philippus hunc Eunuchum baptizavit, qui jam ante fidem ſuam profeſſus erat. Non ut per baptiſmum ſalvaretur: ſed ut eo fides ipſius confirmaretur, per quam ſalutem propter Chriſtum promiſſam jam apprehenderat: ſibique applicaverat.



QUÆ-

# QUÆSTIO LXVI.

*Sacramenta ſu⸗t 1. ſigna 2. ſigilla promiſſionũ Euangelii c.*

1. Qualia ſigna ſunt Sacramenta? 2. A quo ſũt inſtituta? 3. Quomodo Deus utitur Sacramentis tanquã ſignis? 4. Quomodo ut ſigillis? 5. Quæ eſt promiſſio Euangelii?

## *Quid ſunt Sacramenta?*

## RESPONSIO.

SUnt 1. ſacra *a*, in oculos incurrentia *b*
ſigna ac ſigilla *c*: ob eam cauſam 2. [...]
Deo inſtituta *d*, 3. ut per ea nobis promiſ[...]
ſionem Euangelii magis declaret *e*, & 4[...]
obſignet *f*: quòd ſcilicet 5. non univerſ[...]
tantùm, verùm etiam ſingulis credentibus[...]
propter unicum illud Chriſti ſacrificium i[...]
cruce peractum, gratis donet remiſſionem
peccatorum & vitam æternam *g*.

*Sacramenta.*) Latinum eſt vocabulum ſigni[...]
cans Juramentum certis ritibus conceptum. [...]
Catecheſi & Eccleſia uſurpatur de ſacro ſigno [...]
ſigillo, quod Græcis eſt [*Sémeion* & *ſphragis*.]

*Vt per ea* Pulchrè hic oſtenditur, quo diſcrimi[...]
Sacramenta 1. ſint ſigna. 2. ſigilla. Primum qui[...]
dem veluti ſigna quædam nobis promiſſiones E[...]
angelii declarant h. e. omnia cæleſtia dona in E[...]
angelio nobis promiſſa, his ſignis externis adu[...]
brantur quaſi, & ob oculos proponuntur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Exempli gratia. | Circumciſio præputii, Ablutio aquæ in Bapt. Mactatio agni, Panis fract⁹ & vinum ſeparatum, | Signum eſt | Circumciſionis peccatorum, Ablutionis peccatorum. Sacrificii Chriſti in cruce. Corporis crucifixi, & effuſi ſanguinis. |

Deinde tanquam ſigilla obſignant nobis [...]
miſſ[...]



[...]iſſiones Euangelii, h. e. cæleſtia dona in Euan[...]
[...]elio promiſſa per terrena iſta ſigna ac ſigilla nobis
[...]bſignantur ac confirmantur: quemadmodum vul[...]
[...]o nos homines ad majorem fidei certitudinem,
[...]teris ſolemus appendere ſigilla.

NOTA. Tertiæ quæſtioni marginali: *Quomodo* [...]*eus utitur ſacramentis ut ſigillis*: applicanda talis [...]ſponſio à tironibus: Quia per uſum Sacramen[...]tũ Deus nobis promiſſiones Euangelii obſignat.

## *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Exod. 29. 33. Extraneus ne comedito (*car*[...]*s nempe ſacrificii jugis*) nam res † *ſancta* ſunt.

† Quia ſacrificia cæremonialia Veteris Teſtamenti ſacra appellantur. Quanto igitur magis ſacra erunt Sacramenta novi Teſtamenti?

(*b*) Rom. 2. 28. Circumciſio *in carne*.

[...]tem, Exod. 12. 13. Erit autem ſanguis ille (A[...]
[...]) pro vobis in ſignum ſuper illas domos ubi eri[...]
[...]ut *videns ſanguinem* illum tranſeam præter vos:
[...]non erit in vobis plaga exitialis, cum cædam pri[...]
[...]genita in terra Ægypti.

(*c*) Gen. 17. 11. Circumcidetis carnem præpu[...]
[...]eſtri: ut *ſit* (nempe circumciſio carnis præpu[...]
[...]*ſignum* fœderis inter me & vos.

[...]tem, Rom. 4. 11. *Abraham accepit ſignum cir*[...]
[...]*ciſionis* ſigillum juſtitiæ fidei.

[...]tem, 1. Cor. 11. 24. 25. Hoc (accipientes &
[...]edentes panem fractum) *facite ad mei COM*[...]
[...]*MORATIONEM. Hoc* (bibentes de po[...]
[...] benedicto) facite ad mei COMMEMO[...]
[...]ATIONEM.

(*d*) Act. 7. 8. *Deus dedit ei fœdus circumciſionis.*
[...]tem, Exod. 12. 27. *Victima Paſchatis eſt Jehova.*
[...]tem Joh. 1. 33. *Deus miſit me ut baptizarem.*
[...]tem, 1. Cor. 11. 23. Accepi à Domino quod &
[...]idi vobis, Dominum Jeſum ea nocte quâ tradi[...]
[...]ſt, accepiſſe panem, &c.

(*e*) Exod. 13. 9. Ut ſit * *tibi in ſignum ad ma*[...]
*tuam & monimentum inter oculos tuos.*

* Nempe, ut ſint tibi panes azymi.

[...]tem, Heb. 9. 7. 8. In ſecundum autem (Ta[...]
berna-

## QUÆSTIO LXVI.

*Quid ſunt Sacramenta?*

### RESPONSIO.

**Sacramenta ſunt 1. ſigna 2. ſigilla promiſſionis Euangelii c.**

1. Qualia ſigna ſunt Sacramenta?
2. A quo ſũt inſtituta?
3. Quomodo Deus utitur Sacramentis tanquã ſignis?
4. Quomodo ut ſigillis?
5. Quæ eſt promiſſio Euangelii?

SUnt 1. ſacra *a*, in oculos incurrentia *b* ſigna ac ſigilla *c*: ob eam cauſam 2. Deo inſtituta *d*, 3. ut per ea nobis promiſ ſionem Euangelii magis declaret *e*, & 4 obſignet *f*: quòd ſcilicet 5. non univerſ tantùm, verùm etiam ſingulis credentibu propter unicum illud Chriſti ſacrificium i cruce peractum, gratis donet remiſſione peccatorum & vitam æternam *g*.

*Sacramenta.*) Latinum eſt vocabulum ſigni cans Juramentum certis ritibus conceptum. Catecheſi & Eccleſia uſurpatur de ſacro ſigno ſigillo, quod Græcis eſt [*Sémeion & ſphragis.*]

*Ut per ea* Pulchrè hic oſtenditur, quo diſcrimi Sacramenta 1. ſint ſigna. 2. ſigilla. Primum q dem veluti ſigna quædam nobis promiſſiones E angelii declarant h. e. omnia cæleſtia dona in E angelio nobis promiſſa, his ſignis externis adu brantur quaſi, & ob oculos proponuntur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Exempli gratia. | Circumciſio præputii, | Signum eſt | Circumciſionis peccatorum, |
| | Ablutio aquæ in Bapt. | | Ablutionis peccatorum. |
| | Mactatio agni, | | Sacrificii Chriſti in cruce. |
| | Panis fract⁹ & vinum ſeparatum, | | Corporis crucifixi, & effuſi ſanguinis. |

Deinde tanquam ſigilla obſignant nobis promiſſiones Euangelii, h. e. cæleſtia dona in Euangelio promiſſa per terrena iſta ſigna ac ſigilla nobis obſignantur ac confirmantur: quemadmodum vulgo nos homines ad majorem fidei certitudinem, literis ſolemus appendere ſigilla.

NOTA. Tertiæ quæſtioni marginali: *Quomodo Deus utitur ſacramentis ut ſigillis:* applicanda talis reſponſio à tironibus: Quia per uſum Sacramentorũ Deus nobis promiſſiones Euangelii obſignat.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Exod. 29. 33. Extraneus ne comedito (*carnem nempe ſacrificii jugis*) nam res † *ſancta* ſunt.

† Quia ſacrificia cæremonialia Veteris Teſtamenti ſacra appellantur. Quanto igitur magis ſacra erunt Sacramenta novi Teſtamenti?

(*b*) Rom. 2. 28. Circumciſio *in carne*.

Item, Exod. 12. 13. Erit autem ſanguis ille (A) pro vobis in ſignum ſuper illas domos ubi eritis: ut *videns ſanguinem* illum tranſeam præter vos: non erit in vobis plaga exitialis, cum cædam primogenita in terra Ægypti.

(*c*) Gen. 17. 11. Circumcidetis carnem præputii veſtri: ut *ſit* (nempe circumciſio carnis præputii) *ſignum* fœderis inter me & vos.

Item, Rom. 4. 11. *Abraham accepit ſignum circumciſionis* ſigillum juſtitiæ fidei.

Item, 1. Cor. 11. 24. 25. Hoc (accipientes & comedentes panem fractum) *facite ad mei* COMMEMORATIONEM. *Hoc* (bibentes de poculo benedicto) facite ad mei COMMEMORATIONEM.

(*d*) Act. 7. 8. *Deus dedit ei fœdus circumciſionis.*

Item, Exod. 12. 27. *Victima Paſchatis eſt Jehova.*

Item Joh. 1. 33. *Deus miſit me ut baptizarem.*

Item, 1. Cor. 11. 23. Accepi à Domino quod & tradidi vobis, Dominum Jeſum ea nocte quâ tradiderit, accepiſſe panem, &c.

(*e*) Exod. 13. 9. Ut ſit * *tibi in ſignum ad manum tuam & monimentum inter oculos tuos.*

* Nempe ut ſint tibi panes azymi.

Item, Heb. 9. 7. 8. In ſecundum autem (Taberna-





bernaculum) ſemel quotannis Pontifex ingreditu[r] non ſine ſanguine, &c. Hoc *declarante Spiritu ſancto*, nondum pateſactam fuiſſe viam ad ſacrarium, priore tabernaculo adhuc conſiſtente, quod era[t] exemplar pro tempore illo præſente, &c.

† Hoc eſt, In eum finem, ut per circumciſionem, quæ erat ſignum fœderis Dei, de juſtitia quam per fidem acceperat, certus fieret.

Idem probant omnia loca, quæ ſacramenta ſig[na] vocant.

(*f*) Vide lit. *c.* Abraham accepit *ſignum circumciſionis ſigillum juſtitiæ fidei* †

(*g*) Act. 2. 38. Petrus autem ait ad eos, Re[ſi]piſcite & baptizetur *unuſquiſque veſtrûm* in nomin[e] Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum.

Item, Act. 22. 16. Nunc igitur quid cunctari[s] exurge & baptizare, & ablue *peccata tua*, &c.

Item, Luc. 22. 19. 20. Hoc eſt corpus meum quod *pro vobis* datur in remiſſionem peccatorum.

## QUÆSTIO LXVII.

*Et verbum & ſacramẽta fidem noſtram deducunt ad Chriſti ſacrificium, tanquã ad unicum fundamentum ſalutis noſtræ.*

*Num utraque igitur & verbum & ſacramen[ta] eo ſpectant, ut fidem noſtram ad ſacrificium Chriſti in cruce peractum, tanquam ad unicum noſtræ ſalutis fundamentum deducant?*

### RESPONSIO.

1. Quomodo id probas?

ITa eſt. 1. Nam Spiritus ſanctus docet E[uan]gelio *a*: & confirmat Sacramentis omnem noſtram ſalutem poſitam eſſe unico ſacrificio Chriſti pro nobis in cru[ce] oblati.

*Docet, confirmat.*) His verbis oſtenditur: [quo] diſcrimine & verbum & Sacramenta nos ad[u]cum Chriſti ſacrificium deducant. Verbum q[ui]dem prædicatum & annunciatum per auditum c[or]d[ibus]



dibus noſtris illud quaſi imprimit: ſacramenta autem quæ verbum confirmant, quaſi per oculos cordibus imprimunt.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) 1. Cor. 2. 1. 2. Annuncians vobis teſtimonium Dei, non decrevi quicquam ſcire inter vos niſi Chriſtum eumque crucifixum.

Item, 1. Cor. 3. 11. *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt* * JESVS *Chriſtus* *.

*ſc. in Verbi prædicatione, de qua ibi agit.

(*b*) Col. 2. 11. 12. In quo (nempe Chriſto) circumciſi eſtis, circumciſione quæ fit ſine manib', corpore peccatorum carnis exuto in circumciſione Chriſti: conſepulti cum eo per baptiſmum, &c.

Item, 1. Cor. 5. 7. Paſcha noſtrum pro nobis ſacrificatum, eſt Chriſtus.

Item, Luc. 22. 20. Hoc poculum eſt novum Teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis effunditur.

## QUÆSTIO LXVIII.

*Quot ſacramenta inſtituit Chriſtus in novo fœdere.*

*Chriſtus in novo fœdere tantum duo inſtituit Sacramenta 1. Baptiſmum a. & 2. Cœnam Domini b.*

### RESPONSIO.

DUo: Baptiſmum *a*: & ſacram Cœnam *b*.

*Duo.*) Plures enim ſacræ ceremoniæ annexæ promiſſionibus Euangelii de ſalute per Chriſtum, non reperiuntur in Novo Teſtamento quàm duæ. Proinde plura Sacramenta Novi Teſtamenti eſſe nequeunt.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Vide quæſt. 71. Ite & docete, &c.

(*b*) Vide quæſt. 77. Dominus noſter Jeſus Chri-



ſtus,

ſtus, &c. Vide 1.Cor. cap. 10. cap. 12. v. 13. u[bi] tantum hæc duo Sacramenta commemorat.

# DE BAPTISMO.

Dominica XXVI.

## QUÆSTIO LXIX.

*Qua ratione in Baptiſmo admoneris & confirmaris te unici illius ſacrificii Chriſti participem eſſe?*

*Externum aquæ lavacrum Baptiſmi admonet me ut ſignum: & confirmat me ut ſigillum internæ ablutionis quæ f[it] in anima: vigore mandati & promiſſionis Jeſu Chriſti.*

### RESPONSIO.

1. Quomodo vigore mandati?
2. Quomodo promiſſionis?

1. QUod Chriſtus externum hoc aquæ lavacrum mandavit *a*: 2. addita ha[c] promiſſione; me non minus certò ipſi[us] ſanguine & Spiritu à ſordibus animæ, ho[c] eſt, ab omnibus meis peccatis, lavari, quà[m] aqua extrinſecus ablutus ſum, qua ſorde[s] corporis expurgari ſolent *b*.

Quæ ſupra quæſt. 66. in genere dicta ſunt de Sacramentis, hic in ſpecie applicantur ad Baptiſmum. Porrò duo hic notanda ſunt. 1. In Baptiſmo duplicem eſſe ablutionem. Una eſt externa: quam miniſter Externa aqua in corpore peragit. Altera e[ſt] Interna, quam Chriſtus ipſe per Spiritum ſuum & ſanguinem in anima noſtra peragit. 2. Quia externa ablutio eſt ſignum, & divinum atque infallibile ſigillum internæ: fideles tàm certò interna ablutione ablui, quàm certò externa aqua ablui ſun[t].

*Teſtimonia Scripturæ.*

Quæſt. 71.

(*a*) Ite & docete, &c.

(*b*) Tit. 3. 5. Ex ſua miſericordia *ſervavit n[os]* *pe[r]*



*per lavacrum regenerationis, & renovationem Spiritus Sancti.*

Item, Act. 22. 16. Surgens *baptizator & abluitor a peccatis tuis*, invocato nomine Domini.

Ananias Paulo

## QUÆSTIO LXX.

*Quid eſt ſanguine & Spiritu Chriſti ablui?*

*Sanguine Chriſti ablui eſt propter ſanguinem Chriſti effuſum, remiſſionem peccatorum conſequi* a: *Spiritu Chriſti ablui, eſt per Spiritum ſanctum regenerari* b.

### RESPONSIO.

EſT accipere à Deo remiſſionem peccatorum gratis, propter ſanguinem Chriſti, quem is pro nobis in ſuo ſacrificio in cruce profudit *a*: Deinde etiam per Spiritum ſanctum renovari & ipſo ſanctificante membrum Chriſti fieri *b*: 1. quo magis ac magis peccatis moriamur: & ſancte inculpateque vivamus *c*.

1. Ad quid regeneramur?

Hic quoque duo notanda veniunt.

1. Duo diſtincta Chriſti beneficia: nempe JUSTIFICATIO, quàm nobis ſua morte peperit: & SANCTIFICATIO, quàm per Spiritum ſuum in nobis operatur.

2. Duæ partes Sanctificationis: Mortificatio veteris, & Vivificatio novi hominis. De quibus infra, Quæſt, 88. 89. & 90.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*)(*b*) 1.Cor. 6. 11. *Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, juſtificati eſtis in nomine Domini Jeſu & per Spiritum Dei noſtri.*

Paulus hoc loco explicat, quid ſit ABLUI: nempe, 1. juſtificari nomine Do[mini]

Item, Apoc. 1. 5. Chriſtus dilexit nos, & lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

Item, Joh. 3. 5. Niſi quis regenitus ſit *ex aqua & Spi-*

mini Jeſu, h. e. propter meritum & ſacrificium, ejus. 2. Sanctificari per Spiritũ Dei.

*&* *Spiritu*, non poteſt introire in regnum Dei.

(*c*) Rom. 6. 3. 4. An ignoratis nos quotquot baptizati ſumus in Chriſtum Jeſum, in mortem ejus eſſe baptizatos? Sepulti igitur ſumus unà cum eo per Baptiſmum, ut ſicut excitatus eſt Chriſtus ex mortuis in gloriam Patris, ita nos novâ vitâ ambulemus.

## QUÆSTIO LXXI.

*Nos tam certò ſanguine & Spiritu Chriſti ablui, quàm certò externâ*

*Ubi promiſit Chriſtus, ſe nos tam certò ſanguine & Spiritu ſuo abluturum, quàm aquâ Baptiſmi abluti ſumus?*

*aqua abluti ſumus, probatur hoc loco. 1. ex inſtitutione Chriſti 2. ex annexa, & 3. ex repetita promiſſione ſacræ Scripturæ.*

### RESPONSIO.

1. Inſtitutio Baptiſmi quomodo habet? 2 Quæ eſt annexa promiſſio? 1. Quæ eſt repetita promiſſio?

IN inſtitutione Baptiſmi, cujus hæc ſunt verba: Matt. 28. 19. Marc. 16. 16. 1. *Ite & docete omnes Gentes baptizantes eos nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti* 2. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſervabitur: qui non crediderit, condemnabitur.*

Hæc promiſſio repetitur, 1. cùm Scriptura Baptiſmum nominat lavacrum regenerationis *a*, & ablutionem peccatorum *b*.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Vide quæſt. 69. litt. *b*. Ex ſua miſericordia ſervavit nos, &c.

(*b*) Vide ibid. Surgens baptizator, &c.

Dominica XXVII.

*Externus aquæ baptiſmus non eſt ipſa peccatorum ablutio a.*

## QUÆSTIO LXXII.

*Eſtne ergo externus baptiſmus aquæ ipſa peccatorum ablutio?*

RE-



### RESPONSIO.

NOn eſt *a*: 1. Nam ſolus ſanguis Jeſu Chriſti, & Spiritus ſanctus, purgat nos ab omni peccato *b*. 1. Cur non?

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) 1. Pet. 3. 21. *Baptiſmus nos ſervat* (*non quo carnis ſordes abjiciuntur*, ſed ſtipulatio bonæ conſcientiæ apud Deum) per reſurrectionem Jeſu Chriſti.

(*b*) Matth. 3. 11. Ego quidem baptizo vos aqua, ad reſipiſcentiam: is verò qui pone me venit, &c. ille vos baptizabit Spiritu Sancto & igni, id eſt *qui ſordes noſtras non aliter purgat, quam aurum igne expurgatur.*

Item, Joh. 19. 34. Et ſtatim exivit * ſanguis, & aqua † 1. Joh. 5. 6. Hic eſt * ille, qui venit per aquam, & ſanguinem, nempe Jeſus Chriſtus: non per aquam ſolum, ſed per aquam & ſanguinem.

* In Veteri Teſtament. expiatio ſanguine fiebat: purificatio autem aqua. Utraque erat typus expiationis peccatorum per ſanguinem Chriſti: & purificationis, quæ fit per Spiritum, qui vocatur aqua pura. Ezech. 36. 25. Joh. 7. 38. 39. † Ex vulnerato latere Chriſti in cruce. * Non ſacerdotes Veteris Teſtamenti: qui hujus veri ſacerdotis typus duntaxat fuerunt.

## QUÆSTIO LXXIII.

*Baptiſmus appellatur ablutio peccatorum duabus de cauſis 1. propter analogiam aquæ, ſanguinis, & Spiritus Chriſti. 2. propter certitudinem ablutionis à peccatis.*

*Cur ergo Spiritus ſanctus Baptiſmum appellat lavacrum regenationis, & ablutionem peccatorum?*

### RESPONSIO.

DEus non ſine gravi causâ ſic loquitur,



vide-

videlicet non ſolum, ut nos doceat 1. quemadmodum ſordes corporis aquâ purgantur *a*, ſic peccata noſtra ſanguine *b*, & Spiritu Chriſti *c*, lavari: verùm multo magis, ut nobis hoc divino ſymbolo ac pignore certum faciat, 2. nos non minùs verè à peccatis noſtris internâ lotione ablui, quàm externa ac viſibili aquâ abluti ſumus *d*.

1. Quæ eſt analogia aquæ & ſanguinis ac Spiritꝰ Chriſti?

2. Quomodo per Baptiſmũ certi reddimur de peccatorum ablutione?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Ezech. 16. 4. *Aquis non eras lota, cum adſpexi te.*

(*b*) Apoc. 1. 5. *Jeſus Chriſtus lavit nos à peccatis noſtris per ſanguinem ſuum.*

(*c*) Eſa. 4. 3. *Dominus lavabit excrementum* filiarum Zionis, & *cœdes* Jeruſchalaimorum *abluet* è medio ipſorum, *Spiritu* Judicii, & Spiritu ſublationis.

(*d*) Act. 2. 38. *Baptizetur unuſquiſque veſtrûm in nomen Jeſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum.*

Item, Gal. 3. 27. *Quotquot baptizati ſunt, Chriſtum induerunt.*

## QUÆSTIO LXXIV.

### *Suntne etiam infantes baptizandi?*

*Infãtes Chriſtianorum ſunt baptizandi, tribꝰ de cauſis.*

### RESPONSIO.

OMnino. Nam 1. cum æquè ac adulti ad fœdus *a*, & Eccleſiam Dei pertineant *b*: cumque 2. per ſanguinem Chriſti remiſſio peccatorum, & Spiritus ſanctus, fidei effector non minus quàm adultis promittatur *c*: 3. per Baptiſmum Eccleſiæ Dei inſerendi

1. Quæ eſt prima?

2. Quæ eſt altera?

3. Cur infantes ideo baptizandi ſunt, quia ad fœdus Dei pertinent?



inſerendi ſunt, & ab infidelium liberis diſcernendi *d*: itidem ut in veteri fœdere per circumciſionem fiebat *e*: 4. cui in novo fœdere ſubſtitutus eſt Baptiſmus *f*.

4. Quæ eſt tertia?

*Promittatur.*) Quicunque enim Spiritum ſanctum & remiſſionem peccatorum acceperant, baptizati fuerunt. Act. 10. 47.

Ad tertiam quæſtionem marginalem ſic respondeant tirones Catechumeni: In novo Teſtamento Circumciſioni ſubſtitutus eſt Baptiſmus. Igitur baptizandi ſunt infantes.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Gen. 17. 7. *Stabilio autem fœdus meum inter me & te: ac ſemen tuum poſt te per ætates ſuas*, ut fœdus ſit perpetuum me eſſe tibi Deum, & ſemini tuo * poſt te.

Item, 1. Cor. 7. 14. Liberi veſtri ſancti ſunt †.

(*b*) Marc. 10. 14. 16. Sinite *puerulos* venire ad me, & ne prohibete eos, *Talium* enim *eſt regnum Dei*. Et accepit eos in ulnas, & impoſitis in eos manibus, benedixit eis.

(*c*) Act. 2. 38. 39. Reſipiſcite, & *baptizetur unuſquiſque veſtrûm, in nomen Jeſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum, & accipetis donum Spiritus ſancti. Vobis enim facta eſt promiſſio, & liberis veſtris*, & omnibus longè poſt futuris, quoſcunque videlicet advocaverit Dominus Deus noſter.

Item, Act. 10. 47. Num quis aquam prohibere poteſt, quo minus baptizentur iſti, qui Spiritum S. acceperunt, ſicut & nos? Vide quoque Act. 11. 17.

(*d*) Act. 16. 33. Et baptizatus eſt ipſe, & omnes qui illius erant.

Item, 1. Cor. 1. 16. Baptizavi etiam Stephanæ familiam, &c.

Item, Eph. 5. 25. 26. Chriſtus dilexit Eccleſiam (*cujus pars quoque ſunt fidelium liberi*;) & ſeſe tradidit pro

* Semen Abrahæ dicuntur non tantum ii, qui ſecundum carnẽ ex eo nati: ſed qui incedunt veſtigiis fidei patris Abrahami. Rom. 4. 12. † Non quod careant peccato originali: ſed quia ſunt in fœdere Dei.

dit pro ea ut eam ſanctificaret, purgans eam lavacro aquæ in verbo, &c.

Item, 1. Cor. 10. 1. 2. Nolim autem vos ignorare, fratres, Patres noſtros ſub nube fuiſſe & omnes per mare tranſiiſſe, & omnes in Moſem *baptizatos* fuiſſe in nube & mari.

(*e*) Gen. 17. 12. *Natus* autem dies octo *circumcidetur* vobis omnis mas per ætates veſtras. Circumcidetis autem carnem præputii veſtri, *ut ſit ſignum fœderis inter me & vos.*

(*f*) Col. 2. 11. 12. *Circumciſi eſtis circumciſione, quæ fit ſine manibus*, corpore peccatorum carnis exuto per circumciſionem Chriſti, conſepulti cum eo *per baptiſmum.*

# DE COENA DOMINI

Dominica XXVIII.

## QUÆSTIO LXXV.

*Qua ratione in Cœna Domini admoneris & confirmaris, te unici illius ſacrificii Chriſti in cruce oblati, atque omnium ejus bonorum participem eſſe?*

*Fruitio externa panis & vini in cœna admonet me ut ſignum; & certum me reddit, ut ſigillum, de ſpirituali communione corporis & ſanguinis Chriſti, omniumque ejus beneficiorum ſecundum promiſſionem & mandatum ipſius.*

### RESPONSIO.

1. Quomodo ſecundùm mandatum?

2. Quomodo ſecundū promiſſionem?

1. QUòd Chriſtus me atque omnes fideles de hoc fracto pane edere, & de poculo diſtributo bibere juſſit in ſui memoriam *a*: 2. additâ hac promiſſione. Primùm, corpus ſuum non minùs certò pro me in cruce oblatum ac fractum, & ſanguinem ſuum pro me fuſum eſſe: quam oculis cerno panem Domini mihi frangi, & poculum communicari *b*. Deinde animam meam non minùs certò ipſius corpore, quod pro nobis crucifixum, & ſanguine, qui pro nobis fuſus eſt, ad vitam æternam ab ipſo paſci: quàm panem & vinum, ſymbola corporis & ſanguinis Domini è manu miniſtri accepta, ore corporis percipio *c*.



Quæ ſuperiùs de Sacramentis in genere quæſtione 66. & in ſpecie de baptiſmo dicta ſunt quæſtione 69. ea hic quoque ad cœnam referuntur.

Tria porrò potiſſimùm notentur.

I. in cœna duplicem eſſe cibum, & potum. Unus eſt *Externus* quem miniſter pane & vino exhibet. Alter eſt *internus*, quem Chriſtus ipſe crucifixo ſuo corpore & effuſo ſuo ſanguine nobis exhibet.

II. Duplicem itidem eſſe in cœna manducationem & bibitionem: externam nempe & internam. *Externa* fit ore corporis. *Interna* fit ore animæ, hoc eſt verâ fide.

III. Externam iſtam manducationem & bibitionem, eſſe ſignum ac ſigillum Internæ.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Vide quæſt. 77. Dominus noſter *Jeſus* Chriſtus accepit panem: & gratiis actis fregit, ac *dixit: Hoc facite ad* &c.

Item, vide ibid. *Itidem & poculum*, dicens: *Hoc facite, quotieſcunque* &c.

(*b*) Vide ibid. Dominus noſter *Jeſus Chriſtus accepit panem. fregit ac dixit: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur.*

Item, vide ibid. *Poculum hoc eſt novum Teſtamentum in meo ſanguine.*

(*c*) Vide

(c) Vide ibid. *Accepit panem, ac dixit: Hoc eſt corpus meum.*

Item, vide ibid. *Hoc poculum eſt novum fœdus per meum ſanguinem.*

Item, vide ibid. *Panis quem frangimus, nonne eſt communio corporis? &c. Poculum quod bibimus, nonne eſt communio ſanguinis Chriſti?*

## QUÆSTIO LXXVI.

*Crucifixum corpus Chriſti edere: & effuſum ejus ſanguinem bibere eſt,*

*Quid eſt crucifixum corpus Chriſti edere, & fuſum ejus ſanguinem bibere?*

1. *In Chriſtum credere a.* 2. *Verâ fide Chriſto uniri c.*

### RESPONSIO.

1. Quomodo fide edimus crucifixum corpus Chriſti?

2. Per quem unimur Chriſto?

3. Quomodo fide ei unimur?

EST non tantùm 1. totam paſſionem & mortem Chriſti certâ animi fiduciâ amplecti, ac per id remiſſionem peccatorum, & vitam æternam adipiſci *a*: ſed etiam 2. per Spiritum ſanctum; qui ſimul in Chriſto, & in nobis habitat *b*, ita ſacroſancto ejus corpori magis ac magis uniri *c*, 3. ut quamvis ipſe in cœlo, nos verò in terrâ ſimus, nihilominus tamen caro ſimus de carne ejus, & os de oſſibus ejus *d*, utque omnia corporis membra ab una anima, ſic nos uno eodemque Spiritu vivificemur ac gubernemur *e*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(a) Joh. 6. 50. 55. *Hic eſt panis ille, qui è cœlo deſcendit, ut qui eo veſcitur non moriatur. Qui venit ad me, nequaquam eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet unquam.*

Item,



Item, v. 54. *Qui edit carnem meam & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam.*

Toto hoc ſexto cap. edere carnem Filii Dei & bibere ejus ſanguinem & in Chriſtum credere pro iiſdem ponuntur.

(b) 1. Cor. 12. 13. *Per unum Spiritum nos omnes in unum corpus baptizati ſumus, &c. & omnes potati ſumus in unum Spiritum.*

(c) Joh. 6. 59. Qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, *in me manet, & ego in eo.*

Item, 1. Cor. 10. 16. Poculum benedictionis, cui benedicimus, *nonne communio ſanguinis Chriſti eſt?* panis, quem frangimus, *nonne communio corporis Chriſti eſt?*

(d) Eph. 5. 30. *Sumus membra corporis ejus ex carne ejus, & ex oſſibus ejus.*

(e) Ioh. 6. 57. 58. *Qui me ederit vivet ipſe quoque per me: qui ederit hunc panem, vivet in æternum.*

Item. Rom. 8. 9. 11. *Quod ſi quis Spiritum Chriſti non habet, is non eſt ejus:* ſi Spiritus ejus qui ſuſcitavit Jeſum à mortuis, *habitat in vobis*, is qui excitavit Chriſtum ex mortuis, *vivificabit etiam mortalia corpora veſtra* per inhabitantem ipſius Spiritum in vobis.

## QUÆSTIO LXXVII.

*Nos tam certo edere crucifixum corpus Chriſti: ac certo effuſum ejus ſanguinem bibere: quam certo panem fractum manducamus & poculum benedictum bibimus: hoc probatur ex inſtitutione Chriſti: & promiſſione à Paulo repetita.*

*Quo loco promiſit Chriſtus ſe credentibus tam certo corpus & ſanguinem ſuum ſic edendum & bibendum daturum, quam fractum hunc panem edunt, & poculum hoc bibunt?*

### RESPONSIO.

IN inſtitutione cœnæ, cujus hæc ſunt verba

1. Quæ eſt inſtitutio Chriſti?

verba 1.Cor. 11. 23. 24. 1. *Dominus no-ſter Jeſus Chriſtus, eâ nocte, quâ proditus eſt, accepit panem: & gratiis actis fregit, ac dixit: Accipite, comedite: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur: hoc facite in mei recordationem. Itidem & poculum, poſtquam cœnaſſent, dicens: Hoc poculum eſt novum fœdus per meum ſanguinē: hoc facite, quotieſcunque biberitis, in mei recordationem. Quotieſcunque enim ederitis panem hunc & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciate, donec venerit.* Hæc promiſſio à Paulo repetitur, cum

2. Quæ eſt promiſſio à Paulo repetita?

inquit: 2. *Poculum gratiarum actionis, quo gratias agimus, nonne communio eſt ſanguinis Chriſti?* 1.Cor. 10. 16. 17. *Panis quem frangimus, nonne eſt communio corporis Chriſti? quoniam unus panis unum corpus multi ſumus. Nam omnes unius panis participes ſumus.*

Dominica XXIX.

*In cœna panis & vinum non ſunt ipſū corpus & ſanguis Chriſti.*

## QUÆSTIO LXXVIII.

*Num ergò panis & vinum fiunt ipſum corpus & ſanguis Domini?*

### RESPONSIO.

1. Id verò quomodo probas?

NEquaquam: verùm 1. ut aqua Baptiſmi in ſanguinem Chriſti non convertitur, nec eſt ipſa peccatorū ablutio, ſed ſymbolum tantum earum rerum, quæ nobis in baptiſmo obſignantur *a*: ita nec panis cœna Dominicæ eſt ipſum corpus Chriſti; quanquam 2. pro ratione Sacramentorum, & uſitata Spiritui ſancto de his loquēdi forma panis *Chriſti corpus* appellatur *b*.



2. Quomodo igitur panis appellatur corpus Chriſti?

*Quemadmodum aqua Baptiſmi non convertitur in ſanguinem: ita nec panis cœna Dominica convertitur in corpus Chriſti.*) Hoc ideo ſequitur: quia cœna Domini non minus eſt Sacramentum, quàm Baptiſmus. Scriptura quoque non aliter loquitur de Baptiſmo, quam de Cœna Domini. Sicut enim panem appellat corpus Chriſti: poculum autem novum fœdus: ita Baptiſmum nominat ablutionem peccatorum & Lavacrum regenerationis. Unde ſequitur, eandem eſſe rationem iſtarum phraſium ſacramentalium.

*Pro ratione Sacramentorum.*) Quæ ratio in eo conſiſtit, quod ſcriptura externis ſignis attribuit nomina rerum ſignificatarum. Non quidem propterea, quod ſigna tranſmutentur in ipſas res ſignatas, aut res ſignatæ in ſignis includantur: verùm quia res ſignificatæ nobis obſignantur per externa ſigna.

Exempli gratia,

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Circumciſio | Dicitur | Fœdus Dei. | Quia | Fuit ſignum fœderis. |
| Baptiſmus. | | Lavacrum regenerationis & ablutio peccatorum. | | Eam nobis obſignat & confirmat. |
| Agnus paſchalis | | Paſcha vel tranſitus. | | Fuit ſignum tranſiturum Dominum ædes ſanguine agni conſperſas. |
| Panis & vinum. | | Corpus & ſanguis Chriſti. Item communio corporis & ſanguinis ejus. | | In memoriā corporis & ſanguinis Domini accipiuntur, & communionis noſtræ cum eo ſigna ſunt. |

 Teſtimo-

*Teſtimonia Scripturæ.*

Quæſt. 72. litt. *a*.

(*a*) *Baptiſmus nos ſervat, (non quo ſordes carnis abjiciuntur) &c.*

(*b*) Gen. 17. 10. *Hoc eſt fœdus meum* quod ſervabitis: *ut circumcidatur vobis omnis mas.*

Item, Exo. 12. 11. 12. Comedetis (Agnum) lumbis veſtris ſuccinctis: quoniam *Paſcha eſt Jehovæ.*

Item, Act. 22. 16. Surgens Baptizator, & *abluitor à peccatis tuis.*

## QUÆSTIO LXXIX.

*Panis in cœna corpus Christi & vinum ſanguis Chriſti appellatur duabus de cauſis. 1. propter analogiam panis & corporis: vini a[c] ſanguinis. 2. propter certitudinem de ſpirituali fruitione corporis & ſanguinis Chriſti.*

*Cur ergo Chriſtus* panem *appellat ſuum corpus, calicem verò ſuum ſanguinem. ſeu novum fœdus per ſuum ſanguinem: Paulus item panem & vinum communionem corporis & ſanguinis Chriſti?*

RESPONSIO.

1. Quæ eſt analogia panis & corporis: vini & ſanvinis Chriſti?

CHriſtus non ſine gravi de cauſa ſic loquitur: videlicet, non ſolum ut nos doceat; 1. quemadmodum panis & vinum corporis vitam ſuſtentant *a*: ſic etiam crucifixum ſuum corpus, & effuſum ſuum ſanguinem verè eſſe animæ noſtræ cibum ac potum, quo ad vitam æternam nutriatur *b*: Verùm multò magis, ut hoc viſibili ſigno ac pignore nobis certum faciat

2. Quomodo certi ſumus per fruitionem panis & vini de ſpirituali fruitione corporis ac ſanguinis Domini?

2. nos non minus verè corporis & ſanguinis ſui per operationem Spiritus ſancti participes eſſe, quàm ſacra iſta ſymbola, in ejus memoriam ore corporis percipimus *c*. Tum etiam quod ejus paſſio & obedientia tam certò noſtra ſit: quàm ſi ipſimet pro peccatis noſtris pœnas dediſſemus, & Deo ſatisfeciſſemus *d*.



*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Pſal. 104. 14. 15. *Facit ut germinet fœnum ad jumentum: & herba ad hominis uſum: ut depromant cibum e terra qui vino lætificat cor mortalis: nitidam facit faciem oleo, & cibo cor mortalis ſulcit.*

(*b*) Joh. 6. 55. 49. 51. *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Patres veſtri comederunt manna in deſerto, & mortui ſunt. *Si quis ederit ex hoc pane, vivet in æternum.*

(*c*) (*d*) Quæſt. 77. *Accepit* panem, ac dixit: Edite. *Hoc enim eſt* &c. Item: *Poculum*, &c. Item, *Panis quem frangimus*, &c.

## QUÆSTIO LXXX.

Dominica XXX.

*Differentia Cœnæ Dominicæ & Miſſæ Papiſticæ in tribus conſiſtit. 1. concernit ſacrificium præſtitum pro peccatis: 2. unionem noſtri cum Chriſto. 3. adorationem Chriſti.*

*Quid intereſt inter Cœnam Domini, & Miſſam Papiſticam?*

RESPONSIO.

1. Quid Cœna teſtatur de ſacrificio Chriſti?

COEna Domini nobis teſtatur, 1. nos perfectam remiſſionem omnium noſtrorum peccatorum habere, propter unicum illud Chriſti ſacrificium *a*: quod ipſemet ſemel *b* in cruce peregit *c*. Tum etiam 2. nos per Spiritum ſanctum inſeri Chriſto *d*: qui jam ſecundum naturam

2. Quid Cœna teſtatur de unione

 ſuam

noſtri cum Chriſto ? 3. Quid Cœna teſtatur de adoratione Chriſti? 4. Quid contra Miſſa teſtatur de ſacrificio pro peccatis ? 5. Quid teſtatur Miſſa de unione noſtri cum Chriſto ? 6, Quid teſtatur Miſſa de adoratione Chriſti ? 7. Quid igitur tandem ſtatuendum eſt de Miſſa ?

ſuam humanam, tantum in cœlis eſt ad dextram Patris *e*. 3. ibique vult à nobis adorari *f*. In Miſſa autem 4. negatur vivos & mortuos habere remiſſionem peccatorum propter unicam Chriſti paſſionem, niſi etiam quotidie Chriſtus pro ipſis à ſacrificulis offeratur: Tum etiam docetur 5. Chriſtum corporaliter ſub ſpeciebus panis & vini eſſe: ideoque 6. in illis adorandum eſſe.

Atque ita 7. ipſum Miſſæ fundamentum nihil aliud eſt, quam abnegatio unici illius ſacrificii & paſſionis Jeſu Chriſti, & execranda idololatria.

*Sub ſpeciebus panis & vini.*) Adeoque ore corporali percipi: noſque corporali iſta manducatione uniri Chriſto.

*Execranda idololatria.*) †.

† Vide pag. ſeq.

## *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Luc. 22. 19. 20. Et accepto pane, cum gratias egiſſet, fregit: & *dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur*: Hoc facite in mei commemorationem. *Itidem etiam poculum*, poſtquam cœnaſſent, *dicens: Hoc poculum eſt novum illud Teſtamentum per ſanguinem meum, qui pro vobis effunditur.*

(*b*) Heb. 9. 25. 26. 27. 28. Neque *ut ſæpe offerat ſemetipſum*, ſicut pontifex ingreditur in ſacrarium quotannis cum ſanguine alieno: alioquin oportuiſſet eum ſæpè paſſum fuiſſe à jacto mundi fundamento. Sed *nunc* ſemel in conſummatione ſæculorum ad peccatum tollendum *per immolationem ſui ipſius, patefactus eſt*. Et ſicut illud ſtatutum eſt hominibus, ut ſemel moriantur, poſtea verò judicium: ita & *Chriſtus ſemel oblatus*, ut in ſeipſo attolleret multorum peccata. Secundò abſque peccato conſpicietur iis, qui ipſum expectant ad ſalutem.



(*c*) 1. Cor. 5. 7. Paſcha noſtrum *pro nobis ſacrificatum eſt, nempe Chriſtus.*

Item, Heb. 10. 14. *Unica oblatione conſecravit* in perpetuum *eos, qui ſanctificantur.*

Item, Joh. 19. 20. *Dixit Jeſus: conſummatum eſt*, & inclinato capite tradidit ſpiritum.

(*d*) Per unum Spiritum, &c.

(*e*) Col. 3. 1. Si reſurrexiſtis cum Chriſto, ſuperna quærite, ubi *Chriſtus eſt ad dextram Dei ſedens*.

Quæſt. 76. ſub lit. *d*.

Item, Act. 3. 21. *Quem oportet quidem cœli capiant* uſque ad tempora reſtitutionis omnium, de quibus loquutus eſt Deus à ſæculo per os omnium ſanctorum ſuorum Prophetarum.

(*f*) Act. 7. 56. 57. 58. 59. Et *ait Stephanus: Ecce conſpicio cœlos apertos, & Filium illum hominis adſtantem ad dextram Dei*. Exclamantes autem illi voce magna, ejectum eum extra urbem lapidarunt, *invocantem & dicentem: Domine Jeſu, ſuſcipe ſpiritum meum.*

(*g*) Gal. 5. 4. Inanes facti eſtis, ſeparatis à Chriſto, quicunque per legem juſtificamini, & è gratia excidiſtis.

Quantò magis de Papiſtis hoc dici poterit: Eſtis ſeparati à Chriſto, qui per Miſſam ſalutem quæritis. Lex enim eſt à Deo, Miſſa verò à Diabolo.

(*h*) Hoſtiam enim ſub qua fingunt Chriſti corpus eſſe præſens, in Miſſa elevant ac populo oſtentant: auro & argento includunt, palam in templis oſtentant: magna & inuſitata pompa circumgeſtant: inprimis *Feſto*, quod vocant, CORPORIS CHRISTI: coram eo ſe proſternunt, magnaque devotione hoc *Idolum* loco veri Dei adorant: hanc denique execrandam Idololatriam ſumma cum tyrannide propugnant.

## QUÆSTIO LXXXI.

*Tria requiruntur ab iis, qui ad menſam Domini debent accedere.*

1. Quodnam eſt primum?

2. Quod ſecundum?

3. Quod tertium?

4. Qui debent abſtinere a menſa Domini?

5. Quare?

*Quibus accedendum eſt ad menſam Domini?*

RESPONSIO.

1. TAntum iis, qui verè dolent, ſe ſu[...] peccatis Deum offendiſſe *a*: 2. co[...] fidunt autem ſibi ea propter Chriſtum re[...] miſſa eſſe, & quas reliquas habent infirm[...] tates, eas paſſione & morte illius obtect[...] eſſe *b*, 3. quiq; deſiderant magis ac mag[...] in fide *c*. & integritate fidei proficere [...] 4. Hypocritæ autem, & qui non verè re[...] piſcunt, 5. damnationem ſibi edunt ac b[...] bunt *e*.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) (*b*) (*c*) 1. Cor. 11. 28. *Probet autem quiſq[...] ſeipſum *, & ita de pane illo edat, & de poculo [...] bibat.*

* Exploret cōſcientiam ſuam: an de ſuis peccatis doleat, in Chriſtum credat, ſibique proper[...] tam habeat vitæ emendationem.

Item, 1. Cor. 11. 26. Quotieſcunque enim ed[...] ritis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mo[...] tem Domini annunciatis †, uſque quò venerit.

† Ut nimirum cogitetis Chriſtum morte ſua pro peccatis veſtris ſatisfeciſſe, ac vigore ej[...] veterem veſtrum hominem crucifigi ac mortificari.

(*d*) 1. Cor. 11. 23. Hoc facite in mei record[...] tionem.

(*e*) 1. Cor. 1. 11. 12. Qui edit & bibit indignè [...] damn[...]

* Non debita reverentia, ſi-



damnationem ſibi ipſi edit & bibit )(, non diſcernens corpus Domini †.

cuti Paulus loquitur de Corinthiis; quanto magis is qui ſine omni probatione accedit ad cœnam.

)( Hoc eſt: acceſſit ſibi iram Dei, & graviſſimam pœnam, dum indignè accipit benedictum panem & vinum. † Hoc eſt: Quia panem benedictum (qui illi tanquam certum ac divinum ſigillum corporis Chriſti crucifixi præbetur: atque ideo à Paulo corpus Chriſti appellatur) non aliter, quàm panem communem tractat.

## QUÆSTIO LXXXII.

*Manifeſtè impii ad hanc cœnam non debent admitti a: ſed ab ea per Eccleſiam excludendi ſunt b.*

1. Quibus de cauſis non debent admitti?

2. Quomodo debēt excludi?

3. Per quid excludētur?

4. Quamdiu?

*Suntne illi etiam ad Cœnam admittendi, qui confeſſione & vitâ ſe infideles & impios eſſe declarant?*

RESPONSIO.

NEquaquam *a*: 1. nam eo pacto fœdus Dei profanatur *b*: & ira Dei in univerſum cœtum concitatur *c*. Quocirca Eccleſia 2. ex præſcripto Chriſti & Apoſtolorum *d*. hos, 3. clavibus regni cœlorum utens *e*, à cœna arcere debet *f*, 4. quoad reſipuerint, & mores mutaverint *g*.

*Infideles & impios.*) Qui nomine quidem ſunt Chriſtiani ac fratres, verùm doctrinâ aut vitâ ſe oſtendunt à Chriſto alienos.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Matth. 7. 6. *Ne date quod ſanctum eſt *, canibus, nec projicite margaritas veſtras † coram porcis,* ne quando conculcent eas pedibus ſuis, & converſi lacerent vos.

*† Hoc eſt ſacroſanctū & gratioſū Dei verbū ac Sacramenta ejus,

Item, 1. Cor. 10. 21. Non poteſtis poculum Domini bibere & poculum dæmoniorum. Non poteſtis

poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & men
dæmoniorum.

(*b*) Pſal. 50. 16. Improbo dicit Deus: *Quid* *ut enarres decreta mea, & aſſumas fœdus meum in* *tuo: cum tu oderis diſciplinam, & projeceris verba m* *poſt te.*

Item, Prov. 15. 8. Sacrificium improborum ab minationi eſt Jehovæ, oratio autem rectorum a cepta eſt ei.

(*c*) 1. Cor. 11. 30. Propterea * inter vos mu ſunt debiles & invalidi & dormiunt † multi.

* Quia indignè manducatis ac bibitis panem ac vinum Domini: ut præcedenti verſiculo dixerat. † mortui ſunt.

(*d*) Matth. 18. 15. 16. 17. Si verò peccaverit in frater tuus, ito & argue eum inter te & ipſum ſolu ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum: ſi verò non audierit, aſſume tecum adhuc unum aut duo ut ex ore duorum aut trium confirmetur res to Quod ſi neglexerit eos audire, dic Eccleſiæ: *Qu* *ſi Eccleſiam audire neglexerit, ſit tibi velut Ethnicus* *publicanus quiſpiam.*

Præſcriptum Chriſti.

Item, Tit. 3. 10. Hæreticum hominem poſt una & alteram commonefactionem rejice.

Item, 1. Theſſ. 3. 6. 14. 15. Denuntiamus aut vobis, fratres, in nomine Domini noſtri Jeſu Chri ſti, ut ſubducatis vos ab omni fratre, qui inordin tè ſe gerit, & non ex tradita doctrina, quam accep à nobis. *Quod ſi quis non auſcultat noſtro per epiſt* *lam ſermoni, hunc notate, & ne commercium hab* *cum eo*, ut eum pudeat. Neque ut inimicum d cite, ſed admonete ut fratrem.

Præſcriptū Apoſtolorum.

(*e*) Matth. 16. 19. *Dabo tibi claves regni cælorum* *& quicquid ligaveris in terra, erit ligatum in cœlis:* *quicquid ſolveris in terra, erit ſolutum in cœlis.*

(*f*) 1. Cor. 5. 11. 13. Nunc ſcripſi vobis, ne commiſceamini, id eſt, ſi quis cum frater nomina tur, ſit ſcortator, aut avarus, aut idololatra, a convitiator, aut ebrioſus, aut rapax, cum ejuſmod inquam ne edatis quidem. Tollite iſtum ſceler tum ex vobis ipſis.





(*g*) 2. Cor. 2. 6. 7. *Sufficiat iſtiuſmodi homini* *ſta increpatio à pluribus profecta. Ut è contrario po-* *tiùs vos ei condonetis, eumque conſolemini, ne quo modo* *redundante triſtitia abſorbeatur vir hujuſmodi.*

Dominica XXXI.

# QUÆSTIO LXXXIII.

## *Quid ſunt claves regni cœlorum?*

*Poteſtas clavium eſt 1. Prædicatio Euangelii. 2. Diſciplina Eccleſiaſtica a.*

1. Quid præſtāt duæ iſtæ claves?

### RESPONSIO.

PRædicatio Euangelii, & Eccleſiaſtica diſciplina *a*: quibus 1. cœlum credentibus aperitur, infidelibus autē clauditur *b*.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

Chriſtus Petro & ſimul cæteris Apoſtolis omnibusq; aliis Euangelii miniſtris.

(*a*) Matth. 16. 19. *Dabo tibi claves regni cœlorum: & quicquid ligaveris in terra, erit ligatum in cœlis: & quicquid ſolveris in terris, erit ſolutum in cœlis.*

(*b*) Item, Matth. 18. 18. *Quæcunque ligaveris* *in terra, erunt ligata in cœlo: & quæcunque ſolveris in* *terra, erunt ſoluta in cœlo.*

Item, Joh. 20. 22. 23. Accipite Spiritum ſan ctum: ſi quorum remiſeritis peccata, * remittuntur eis: ſi quorum retinueritis, retenta ſunt *.

** Duabus iſtis particulis Chriſtus explicat id, quod apud Matthæum dixerat de ſolutione & ligatione.

Item, 2. Cor. 10. 4. 5. 6. Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed divinitus valida & *ad ſubver-* *ſionem munitionum; ratiocinationes evertendo, omnem-* *que ſublimitatem, quæ ſe extollit adverſus cognitionem* *Dei*: & in captivitatem redigendo omnem cogitationem ad obedientiam Chriſti, & paratum habentes quo vindicemus omnem contumaciam, poſtquam impleta fuerit veſtra obedientia.

Quia itaq; per prædicationem Euangelii & diſciplinam Eccleſiaſticam peccata remittuntur ac retinentur, neceſſario concludimus duas has eſſe claves Eccleſiæ: quibus iſta ſolutio & ligatio peragitur.

(b) Quæcunque ligaveritis in terra. &c.
Si quorum remiſeritis peccata, &c.
Evertimus ratiocinationes, &c.

## QUÆSTIO LXXXIV.

### *Quo pacto aperitur & clauditur regnum cœlorum prædicatione Euangelii?*

*Per prædicationem Euangelii aperire regnum cœlorum*, *eſt publicè credentibus annunciare remiſſionem p*[eccatorum] c. Claudere: *annunciare iram Dei & æternam damna*[tio]*nem incredulis & impœnitentibus*. e.

## RESPONSIO.

1. Quibus debet aperiri regnum cœlorum per prædicationem Euangelii?
2. Quoties?
3. Quibus debet claudi?
4. Quamdiù?
5. Quis eſt effectus hujus apertionis & clauſionis?

CUm ex mandato Chriſti 1. creden[ti]bus univerſis & ſingulis *a*, publi[cè] annunciatur, omnia peccata ipſis divinit[us] propter meritum Chriſti condonari *b*, [2.] quoties promiſſionem Euangelii vera fi[de] amplectuntur *c*: Contra verò 3. omnib[us] infidelibus & hypocritis *d*, denunciatu[r] tantiſper ipſis iram Dei, & æternam con[-]demnationem incumbere, *e*, 4. Dum i[n] ſuis ſceleribus perſeverant *f*. 5. Secundù[m] quod Euangelii teſtimonium Deus tàm i[n] præſenti quàm in futura vita judicaturu[s] eſt, *g*.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Joh. 5. 24. Amen. Amen, dico vobis, q[ui] ſermonem meum audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, & in condemnationem no[n] veniet, ſed tranſivit à morte in vitam.

Item, Marc. 2. 3. 5. Tunc venerunt ad eum fe[-]rentes paralyticum qui à quatuor ferebatur. Quum autem *vidiſſet Jeſus fidem eorum* *, dixit paralytico: [F]ili *remiſſa ſunt tibi peccata tua*.



* Non ſolùm bajulorum ſed etiam ipſius paralytici.

(*b*) Act. 2. 37. His autem auditis compuncti [s]unt & dixerunt ad Petrum & reliquos. *Quid faciemus viri fratres?* Petrus autem ait ad eos, Reſipi[ſ]cite & baptizetur unuſquiſque veſtrûm in nomine [J]eſu Chriſti in remiſſionem peccatorum.

Item, Act. 13. 38. Notum igitur ſit vobis, fratres, annunciari vobis remiſſionem peccatorum per [is]tum, & ab omnibus, à quibus non potuiſtis abſolvi [p]*er legem Moſis*, per hunc quemvis qui credat, abſolvi.

(*c*) Math. 11. 28. Venite ad me omnes qui fa[ti]gati eſtis & onerati, & ego faciam ut requieſcatis.

Item, Ezech. 33. 11. *Ne vivam ego. Dictum Domini Jehovæ: ſi delector morte improbi: ſed delector* [c]*um revertatur improbus à via ſua, ut vivat*.

Christus Judæis.

(*d*) Joh. 8. 24. *Niſi crederitis me eum eſſe, moriemini in peccatis veſtris*.

Petrus Simoni Mago

Item, Act. 8. 21. 22. *Non eſt tibi pars, neque ſors* [i]*n hoc negotio: cor enim tuum non eſt rectum in Dei* [c]*onſpectu*.

(*e*) Joh. 3. 36. Qui non credit Filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper ipſum.

Item, Joh. 3. 18. Qui non credit, jam condemnatus eſt, quia non credidit in nomen unigeniti Filii Dei.

(*f*) Matth. 3. 18. Progenies viperarum, *quis vo*[b]*is præmonſtravit, ut fugeretis à futura ira? Ferte igi*[t]*ur fructus convenientes reſipiſcentiæ*.

(*g*) Rom. 2. 16. *In die quo judicabit Dominus* [oc]*cultis hominum, ex Euangelio meo, per Jeſum Chriſtum*.

Item, Matth. 18. 18. Amen dico vobis: *Quæcunque ligaveritis in terra, erunt ligata in cœlo: &* [q]*uæcunque ſolveritis in terra, erunt ſoluta in cœlo*.

QUÆ-

## QUÆSTIO LXXXV.

*Claudere regnum cœlorum per diſciplinam Eccleſiaſticam*

*Quo pacto clauditur & aperitur regnum cœl[orum] per diſciplinam Eccleſiaſticam?*

*Eccleſiaſticam, eſt hominem excludere ex cœtu Eccleſiæ* f. *Aperire,* [...] *denuò in gratiam recipere,* h.

### RESPONSIO.

1. Quib' debet claudi regnum cœlorum per diſciplinam Eccleſiaſticā?

2. Quando hoc debet claudi?

3. Quid eſt effectus hujus clauſionis?

4. Quib' regnum cœlorum rurſum debet aperiri?

CUm ex mandato Chriſti, 1. ii qui no[-]mine quidem ſunt Chriſtiani, verù[m] doctrina *a*, aut vita ſe oſtendunt à Chriſt[o] alienos *b*. 2. poſtquam aliquoties frate[r-]nè admoniti *c*. ab erroribus aut flagiti[is] diſcedere nolunt; Eccleſiæ indicantur, a[ut] iis qui ab Eccleſia ad eam rem ſunt coſtitu[-]ti *d*: ac ſi ne horum quidem admonitio[ni] pareant *e*. ab iiſdem interdictione ſacra[-]mentorum ex cœtu Eccleſiæ *f*, & 3. ab ipſ[o] Deo ex regno Chriſti excluduntur *g*: a[t] rurſum ſi emendationem profiteantur, 4[.] & re ipſa declarent, *h*, tanquam Chriſti & Eccleſiæ membra recipiuntur. *i*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

*Qui ab Eccleſia ad eam rem ſunt conſtituti.*) U[-] ſunt ſeniores & presbyteri in quavis Eccleſia: qu[i] ab ipſis Apoſtolis primum ſic fuerunt conſtituti: u[t] apparet ex Act. 14. 23. & 15. 2. 4. 6. 22. 23. & 1. Cor. 12. 28. 1. Tim. 5. 17. Tit. 1. 5. & 1. Pet. 1. 5. & Jacob. 5. 14.

(*a*) Rom. 16. 17. Precor autem vos fratres, u[t] ſpeculemini in diſſidiorum & offendiculorum au[-]thores, propter doctrinam quam vos didiciſtis, & declinetis ab eis. Item,



Item, Tit. 3. 10. *Hæreticum hominem* poſt unam alteram commonefactionem *rejice.*

Item, 2. Joh. 10. 11. *Si quis* venit ad vos, & *hanc* [do]*ctrinam non adfert, ne recipite eum domum,* nec [a]ve ei dicite. Qui enim dicit ei Ave, communi[ca]t operibus ejus malis.

(*b*) 1. Cor. 5. 11. Si quis cum frater nominetur, ſcortator, aut avarus, aut idololatra, aut convitia[to]r, aut ebrioſus, aut rapax, cum ejuſmodi ne eda[s] quidem.

(*c*) Math. 18. 15. 16. 17. *Si verò peccaverit in te* [fr]*ater tuus, ito & argue eum inter te & ipſum ſolum:* [ſi t]e audierit, lucratus es fratrem tuum. *Si verò te* [no]*n audierit, aſſume tecum adhuc unum aut duos:* ut [in] ore duorum aut trium teſtium confirmetur res [omni]a.

(*d*) Quod ſi neglexerit eos audire, *dic Eccleſiæ.*

(*e*) Quod ſi Eccleſiam audire neglexerit, ſit tibi [ve]lut Ethnicus & publicanus *.

(*f*) *Si quis cùm frater nominetur. &c.*

Item, *Tollite iſtum ſceleratum ex vobis ipſis.*

(*g*) Matth. 16. 19. *Quicquid ligaveris in terra,* [er]*it ligatum in cœlis.*

Item, 1. Tim. 1. 20. Ex quibus eſt Hymenæus [&] Alexander, quos tradidi Sathanæ, ut diſcerent [no]n blaſphemare. Vide & 1. Cor. 5. 3. & ſeqq.

(*h*) 2. Cor. 2. 6. 7. Sufficit iſtiuſmodi homini iſta [in]crepatio à pluribus profecta. *Ut è contrario potius* [vo]*s ei* † *condonetis,* eumque conſolemini, ne quo [m]odo redundante triſtitia abſorbeatur vir hujuſmo[di]. Quapropter precor vos, ut *ratam faciatis in il*[lu]*m charitatem.*

* Non habeatur pro Chriſtiano. Paulò ante ſub litt. b.

† Nempe excommunicato inceſtuoſo Corinthio, poſtquam verè reſipuit.

TER-

Körmendi Ferenc

*TERTIA PARS.*

# DE GRATITUDINE HOMINIS.

*Gratitudo hac conſiſtit* I. In vera converſione vita Chriſtiana inſtituta ſecundùm legem Dei.

II. In vera invocatione Dei, & precatione ſer ſecundùm formulam à Chriſto præſcriptam.

## QUÆSTIO LXXXVI.

Dominica XXXII. *Poſtquam per Chriſtum ſumus liberati, debemus facere bona opera ob has quatuor cauſas: 1. Propter connexa iſ beneficia juſtificationis & ſanctificationis. 2. Propter Deum. 3. propter nos. 4. propter proximum noſtrum.*

*Cùm ab omnibus peccatis & miſeriis ſine ul noſtro merito ſolâ Dei miſericordiâ propter Chriſtum liberati ſimus, quid eſt cur bona opera faciamus?*

## RESPONSIO.

1. Quare propter juſtificationis & ſanctificationis cōjunctionē? 2. Quare propter Deum? 3. Quare propter nos? 4. Quare propter proximum noſtrum?

1. QUia poſtquam nos Chriſtus ſu ſãguine redemit, renovat nos quo que ſuo Spiritu ad imaginem ſui *a*: 2. u tantis beneficiis affecti, in omni vita no erga Deum gratos declaremus, & ipſe p nos celebretur *b*. Deinde 3. ut nos quo ex fructibus de ſua quiſque fide certi ſim *c*: Poſtremo 4. ut vitæ noſtræ integrita alios lucrifaciamus *d*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) 1.Cor. 1. 30. *Chriſtus Jeſus factus eſt no* ſapientia à Deo, *juſtitia*, *ſanctificatio*, & rede ptio.

Ite



em, Tit. 2. 14. Qui dedit ſemetipſum pro is, ut *redimeret nos ab omni iniquitate, & puri- et ſibi ipſi populum peculiarem, ſtudioſum bonorum um.*

) Deut. 32. 6. *An eſtis Jehova repenſuri* iſtud, ule ſtulte & inſipiens? nonne ipſe eſt pater , redemtor tuus? nonne ipſe magnificavit & firmavit te?

em, 1. Petri. 2. 9. Vos autem genus electum, le ſacerdotium, gens ſancta, populus quem ſibi s ut proprium vendicat, ut virtutes prædicetis s qui vos vocavit è tenebris in admirabilem lucem.

) Jac. 2. 18. Oſtende mihi fidem tuam abſ- operibus tuis, *& ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam.*

em, 1. Joh. 2. 3. 4. *Per hoc ſcimus quod ipſum mus*, * *ſi mandata ipſius obſervamus.* Qui di- Novi eum, & mandata ejus non ſervat, men- eſt, & in eo veritas non eſt †.

* Perveram fidem.

† Quia falsò gloriatur de agnitione Chriſti aut de fide in Chriſtum.

) 1. Pet. 3. 1. 2. Uxores ſeſe ſubjiciant ſuis ; ut etiam *hi qui non obediunt ſermoni* per uxo- converſationem *abſque ſermone lucrifiant: ubi rint* cum reverentia conjunctam caſtam *con- ationem veſtram.*

em, 1. Pet. 2. 12. *Converſationem veſtram hone- habeatis inter Gentes, ut pro eo, quod loquuntur ſus vos, ut maleficos, ex bonis operibus quæ ſpecta- glorificent Deum.*

## QUÆSTIO LXXXVII.

*Impœnitentes non poſſunt ſalvari.*

*poſſunt igitur illi ſervari, qui ingrati & in atis ſecurè perſiſtentes, à ſua pravitate ad Deum non convertuntur?*

RE-

RESPONSIO.

1. Proba id ipſum.

NUllo modo: 1. Nam (ut ſcriptura teſtatur) nec impudici, nec idololatræ, nec adulteri, nec fures, nec avari, nec ebrioſi, nec convitiatores, nec raptores, hæreditatem regni Dei conſequentur *a*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) 1.Cor. 6. 9.10. An ignoratis *injuſtos non eſſe Dei hæreditatem poſſeſſuros?* Ne errate: *neque ſcortatores, neque idololatræ, neque mœchi, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque convitiatores, neque raptores hæreditatem regni Dei poſſidebunt.*

Item, Eph. 5. 5. Hoc noſtis, *nullum ſcortatorem, aut impurum, aut avarum,* qui eſt idololatra, *habere hæreditatem in regno Chriſti & Dei.*

Item, 1 Joh. 3. 15. Quisquis odit fratrem ſuum *Homicida eſt: & noſtis, nullum homicidam habere vitam æternam in ſe manentem.*

Dominica. XXXII.

*Converſio hominis duabus conſtat partibus.*

## QUÆSTIO LXXXVIII.

*Quibus partibus conſtat converſio hominis ad Deum?*

RESPONSIO.

1. Quæ eſt prima? 2. Quæ eſt ſecunda?

1. MOrtificatione veteris: 2. vivificatione novi hominis *a*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Eph. 4. 22.23.24. Deponite quod priſtinam converſationem attinet, *veterem illum hominem* *, qui deceptricibus cupiditatibus corrumpitur. Renovamini verò Spiritu mentis veſtræ: & *induite novum illum hominem* †, qui ſecundùm Deum conditus eſt ad juſtitiam & ſanctimoniam veram.

* Vetus homo nihil eſt aliud quàm natura hominis corrupta ac depravata per peccatum: quæ ab Adamo in omnes homines eſt propoagata. † Novus homo eſt renovatio mentis ac voluntatis noſtræ ad imaginem Dei.

Item,



Item, Eſa. 1. 16. *Lavate vos, purificate, amovete malignitatem actionum veſtrarum ex adverſo oculorum meorum, deſinite maleſacere* *: *diſcite beneſacere* †.

* Per mortificationē veteris hominis. † Per vivificationem novi hominis.

## QUÆSTIO LXXXIX.

*Quid eſt mortificatio veteris hominis?*

RESPONSIO.

*Mortificatio veteris hominis conſtat duabus partibus.*

1. VErè ex animo dolere, quod peccatis tuis Deum offenderis *a*: 2. eaque magis ac magis odiſſe ac fugere *b*.

1. Quæ eſt prima? 2. Quæ eſt ſecunda?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Joël. 2. 12. 13. Dictum Jehovæ: Conver-
timini ad me ex toto animo veſtro & jejunio & fle-
tu & planctu. *Lacerate igitur corda veſtra* *, ac non
veſtes veſtras, & revertimini ad Jehovam Deum ve-
ſtrum.

* Seriò & ex animo dolere ob peccata commiſſa.

Item, 2.Cor. 7.10. *Qui ſecundum Deum eſt dolor,*
*is reſipiſcentiam efficit ad ſalutem: cujus nunquam pœ-*
*niteat:* at mundi dolor mortem efficit.

Item, Pſal. 51. 6. *Tibi, tibi ſoli peccaveram, &*
*quod malum videtur in oculis tuis feceram: agnoſco* †,
ut juſtificeris in ſermonibus tuis, purus ſis quando
tu judicas.

† Mens Davidis eſt: Quod ſcelera & flagitia iſta atrocia, quæ homines celare poteram, in conſpectu tuo ſanctiſſimo admiſi; id vero ex animo doleo.

Item, Matth.26.75. Et *Petrus* egreſſus extra, *flevit amarè* *.

* Quod abnegando Chriſtum, Deum graviſſime offendiſſet.

(*b*) *Eſtote abhorrentes à malo,* agglutinati bono.

Item, Amos 5.15. *Odio habete malum,* & amate bonum.

## QUÆSTIO XC.

*Quid eſt vivificatio novi hominis?*

*Vivificatio novi hominis conſtat duabus partibus.*

RESPONSIO.

1. Quæ eſt prima?
2. Quæ eſt altera?

1. VEra lætitia in Deo per Chriſtum *a*. Et 2. ſerium ac promtum ſtudium inſtituendi vitam, ex voluntate Dei, omniaque bona opera exercendi *b*.

*Vera lætitia.*) Quæ ſcil. proficiſcitur ex vera fide, Rom. 5. 1.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Pſal. 51. 10. *Facito ut audiam gaudium & latitiam; exſultent oſſa quæ contriveris.*

Item, Pſal. 51. 14. Redde mihi gaudium ſalutis tuæ, *& ſpiritu ingenuitatis ſuſtentato me.*

(*b*) Pſal. 119. 67. Obſervat anima mea teſtimonia tua, diligoque ea valde. & 174. Deſidero ſalutem tuam Jehova, & lex tua eſt omnis oblectatio mea.

Item, Rom. 7. 22. *Delector lege Dei: quod ad interiorem hominem.*

Item, Rom. 6. 13. *Siſtite vos Deo ut ex mortuis vivos, & membra veſtra arma juſtitia* * *Deo.*

* Hoc eſt organa juſtitiæ, ut omnia membra veſtra parata ſint ad ſerviendum Deo in juſtitia: ejuſque voluntatem faciendi: quod non fit ſine lucta.

## QUÆSTIO XCI.

*Quæ ſunt bona opera?*

RESPONSIO.

*Tres ſunt proprietates bonorum operum.*

1. Quæ eſt prima?
2. Quæ eſt altera?
3. Quæ eſt tertia?
4. Quæ non ſunt bona opera?

TAntum ea, 1. quæ ex vera fide *a*, 2 ſecundum legem Dei fiunt *b*, 3. & ad ejus ſolius gloriam referuntur *c*: Non ea autem 4. quæ à nobis opinione rec conficta *d*, aut ab hominibus tradita ſunt

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Rom. 14. 23. Quicquid ex fide non eſt, pe catum eſt.

Item, 1. Tim. 1. 5. Porrò *finis mandati* eſt chri tas



tas ex puro corde & conſcientia bona & fide non ſimulata.

(*b*) Deut. 12. 32. *Unamquamque rem quam ego præcipio vobis, eam obſervantes facite: ne addito neque detrahito ex ea.*

Item, Ezech. 20. 19. Ego ſum Jehova Deus veſter: *in ſtatutis meis ambulate: & jura mea obſervate: & facite ipſa.*

(*c*) Matth. 5. 16. Splendeat *lux veſtra* coram hominibus, ut videant veſtra bona opera, & glorificent patrem illum qui eſt in cœlis.

Item, 1. Cor. 10. 31. *Sive editis, ſive bibitis, ſive quid facitis*, omnia in gloriam Dei *facite.*

(*d*) Deut. 12. 8. *Ne facite ſecundum omnia, quæ nos hìc facimus hodie: quiſque quicquid rectum videtur in oculis ejus.*

(*e*) Matth. 15. 9. *Fruſtra me colunt docentes doctrinas, quæ ſunt mandata hominum.*

Chriſtus

## QUÆSTIO XCII.

*Quæ eſt lex Dei?*

RESPONSIO.

LOquutus eſt Deus omnia verba hæc.

Primum præceptum.

*Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex Ægypto, domo ſervitutis. Non habebis Deos alienos in conſpectu meo.*

Secundum præceptum.

*Ne ſculpas tibi ſimulacrum, nec ullam imaginem effingas eorum, quæ aut ſupra ſunt in cœlo, aut infra in terrâ, aut in aquis ſub terrâ: neque incurves te illis, neque colas ea.* Ego enim

enim ſum Dominus Deus tuus, fortis, Zelotes, *vindicans peccata parentum in filiis, idque tertia & quarta progenie eorum, qui oderunt me: & miſericordiâ utens in milleſimam eorum, qui diligunt me, & obſervant præcepta mea.*

Tertium Præceptum.

*Ne uſurpes nomen Domini Dei tui temerè. Neque enim Dominus dimittet eum impunitum, qui nomen ejus vanè uſurpaverit.*

Quartum præceptum.

*Memento ut diem Sabbathi ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum: At ſeptimo die Sabbathum erit Domino Deo tuo. Non facies ullum opus, nec tu, nec filius tuus, nec filia tua, nec ſervus tuus, nec ancilla tua, nec jumentum tuum, nec advena qui eſt intra portas tuas. Nam ſex diebus fecit Deus cœlum, terram, mare, & quæcunque in iis ſunt. & requievit die ſeptimo: ideoque benedixit diei Sabbathi, & ſanctificavit eum.*

Quintum præceptum.

*Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut diu vivas in terra, quam tibi Dominus Deus tuus dat.*

Sextum præceptum.

*Non occides.*

Septimum præceptum.

*Non committes adulterium.*

Octavum præceptum.

*Non furaberis.*





Nonum præceptum.

*Non dices falſum teſtimonium contra proximum tuum.*

Decimum præceptum.

*Non concupiſces domum proximi tui, nec concupiſces uxorem proximi tui, nec ſervum ejus, nec ancillam, nec bovem, nec aſinum, nec quicquam eorum, quæ ſunt proximi tui.*

*Lex Dei*). Eſt decalogus: qui bis in ſacra Scriptura legitur; Exod. 20. 3. &c. Deut. 5. 4. 5.

*Ex Ægypto domo ſervitutis.*) Ægyptus dicitur domus ſervitutis Iſraëlitarum: qui inibi ut ſervi & miſera mancipia tractati, variiſque operibus & ſervilibus laboribus preſſi fuerunt.

*Quæ ſupra ſunt in cœlis.*) Solis, lunæ, ſtellarum, & volucrium.

*Quæ infra ſub terra.*) Hominum, animantium, aut terra naſcentium.

*Quæ in aquis.*) Piſcium.

*Sabbathi.*) h.e. diem quetis, dies feſtos, omneſque dies cultui divino à Deo deſtinatos.

*Ut illum ſanctifices.*) Ut non ſolùm illo die ferieris: verùm etiam illum negotiis ſacris & divinis tribuas.

*Omne opus tuum.*) Opus manuum & cætera communia opera.

*Qui eſt in portis tuis.*) Hoc eſt: qui in territorio tuo habitat, tibique paret.

*Quievit Dominus.*) Hoc dicitur [*kat antropopátian*] more humano. Senſus eſt: abſolvit opus creationis, ac deſiit novas creaturas pruducere.

*Sanctificavit eum.*) Hoc eſt: Sabbathum à cæteris diebus diſtinxit, ac deſtinavit occupationibus ſanctis ac divinis, peragendo nempe publico cultui divino, publiciſque exercitiis pietatis obeundis.

*Præcepta Decalogi dividuntur in duas tabulas, a.*
1. Quæ eſt prim :?
2. Quæ altera?

## QUÆSTIO XCIII.

*Quomodo dividuntur hæc præcepta?*

RESPONSIO.

IN duas tabulas *a:* quarum 1. prior quatuor præceptis tradit, quo pacto nos erga Deum geramus *b.* 2. Poſterior ſex præceptis, quæ officia proximo debeamus *c.*

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Deut. 10. 3. 4. *Ego (Moſes) dolavi duas tabulas lapideas.* Inſcripſitque Deus tabulis illis, ſecundum ſcripturam priorem eadem *decem verba*, quæ edixerat vobis in monte è medio ignis, die congregationis.

Item, Matth. 22. 40. *Ab iſtis duobus mandatis tota lex & prophetæ pendent.*

(*b*) Matth. 22. 37. 38. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totâ animâ tuâ, & ex totâ cogitatione tuâ. Iſtud eſt primum & maximum mandatum.*

(*c*) Matth. 22. 39. *Secundum ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ut te ipſum.*

Dominica XXXIV.
*In primo præcepto Deus quatuor vitia prohibet: ac contra præcipit octo virtutes.*
1. Quæ ſunt qu tuor illa vitia prohibita?
2. Quæ ſunt virtutes præceptæ?
3. Quomodo & quousque Deus eſt amandus, honorandus, ac colendus?

## QUÆSTIO XCIV.

*Quid poſtulat Deus in primo præcepto?*

RESPONSIO.

UT quam mihi chara eſt ſalus animæ meæ, tam ſtudioſe vitem ac fugiam omnem 1. idololatriam *a*, magiam *b*, incantationem & ſuperſtitionem *c*, invocationem ſanctorum, aut cæterarum creaturarum *d*, 2. unicum autem & verum Deum recte



rectè agnoſcam *e:* ipſi ſoli fidam *f: ſumma humilitate g, & patientia h,* me illi ſubjiciam, ab eo ſolo omnia bona exſpectem *i.* denique intimo cordis affectu ipſum amem *k,* reverear *l,* venerer *m.* 3. adeò ut omnibus potius creaturis renunciem, quam ut vel minimum contra ejus voluntatem committam *n.*

*Teſtimonia Scripturæ.*

I. Idololatria.

(*a*) Pſal. 81. 9. 10. Audi popule mi, & contestabor te, ô Iſraël: ſi auſcultaveris mihi, *ſi non erit in te Deus extraneus*, neque incurvabis te, Deo alienigenæ honorem exhibens.

II. Magia

Item, 1. Cor. 6. 9. *Neque mœchi, neque idololatræ hæreditatem regni Dei poſſidebunt.*

III. Incantatio: & Superſtitio.

(*b*)(*c*) Deut. 18. 10. 11. *Neq; invenitor in te,* qui traducat filium ſuum, aut filiam ſuam per ignem, utens divinationibus, *planetarius* *, *aut conjector* †, *avi præſtigiator; aut ariolus, aut necromantes* *. Nam abominationi eſt Jehovæ, quiſquis facit iſta.

* Qui ſuperſtitioſe eligit certas horas ceu felices negotiis ſuis peragendis. † Qui more gentilium Ethnicorum ex volatu avium conjicit de fortuna vel proſpera vel adverſa. * Hebr. conſulens mortuos h. e. qui arte magica efficit, ut cadavera mortuorum loquantur, & reſponſa dent.

(*d*) Col. 2. 18. Nullus voluntarius moderator de vobis ſtatuet *ex ſubjectione & cultu angelorum,* ſeſe ingerens in ea quæ non vidit, & temere inflatus carnis ſuæ ſenſu.

IV. Invocatio ſanctorum aut aliarum creaturarum.

Item, Apoc. 19. 10. Et procidi (ego Johannes) ante pedes Angeli, ut adorarem eum: ſed dixit mihi: *Vide ne feceris.* conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum qui habent teſtimonium Jeſu: *Deum adora.*

Item, Act. 10. 2. 5. & 26. Et Cornelius accidens ad ejus pedes adoravit. Petrus verò erexit eũ,

 dicens,

dicens: *Surge, & ego ipſo homo ſum.* Vide exemplum Pauli & Barnabæ. Act. 14. v. 13. & ſeq.

Item, Deut. 4. 15. 19. *Cavebitis vobis ipſis valdè. Ne* ſublatis oculis tuis *verſus cœlum*, cùm adſpexeris *Solem aut Lunam*, aut ſtellas, ullam rem exercitûs cœleſtis, tum impellaris, & *incurvans te illis, colas ea:* quæ impertitus eſt Jehova Deus tuus reliquis omnibus populis ſub univerſo cœlo.

Item, Matth. 4. 10. *Deum tuum adorabis, & ei ſoli ſervies.*

I. Agnitio Dei.

(*e*) Joh. 17. 3. Hæc eſt vita æterna, ut te cognoſcant eſſe *illum ſolum verum Deum:* & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.

Item. Jerem. 9. 24. In hoc glorietur, qui gloriatur: ſe intelligere & cognoſcere me: me eſſe Jehovam exercentem benignitatem, jus & juſtitiam in terra: quia *iſtis delector:* dictum Jehovæ.

II. Fides ſive Fiducia in Deū.

(*f*) Jer. 17. 57. Maledictus vir ille, qui fiduciam habet in homine, & ſtatuit *carnem* brachium ſuum: à Jehova autem recedit animus ejus. *Benedictus* autem *vir ille, qui fiduciam habet in Jehova, & cujus confidentia eſt Jehova.*

III. Humilitas.

(*g*) 1. Pet. 5. 5. Deus ſuperbis reſiſtit: *humilibus autem dat gratiam.*

IV. Tolerantia ſive Patientia.

(*h*) Heb. 10. 36. *Tolerantia vobis eſt opus:* ut voluntati Dei obſecuti reportetis *promiſsionem* illam.

V. Spes.

(*i*) Pſal. 37. 5. Devolve ſuper Jehovam viam tuam, *& confide in eo:* nam ipſe efficiet.

Item, Jacob. 1. 17. *Omnis donatio & omne donum perfectum, eſt supernè deſcendens à Patre luminū.*

VI. Amor Dei.

(*k*) Deut. 6. 5 *Diliges Jehovam Deum tuum ex toto corde tuo*: & ex toto animo tuo: & ex omnibus viribus tuis.

Item, Deut. 10. 12. Nunc Iſrael, quid Jehova Deus tuus petit abs te? niſi ut timeas Jehovam Deum tuum: ambules in omnibus viis ejus, & *diligas eum*, & colas Jehovam Deum tuum ex toto corde tuo, & ex toto animo tuo.

(*l*) Pſal.



VII. Timor Dei.

(*l*) Pſal. 34. 10. *Timete Jehovam ſancti ejus:* quia non eſt penuria timentibus eum.

Item, Eccleſ. 12. 13. Summa rei eſt: *Deum ipſum reverere*: & præcepta ejus obſerva: quia hoc eſt totum hominis.

VIII. Reverentia, ſive veneratio Dei.

(*m*) Malach. 1. 6. *Filius honorat patrem, ſervus Dominum ſuum Quod ſi pater ſum: ubi eſt honor meus?* & ſi Dominus ſum, ubi reverentia mei? ait Jehova exercituum.

(*n*) Matth. 10. 37. *Qui amat patrem, aut matrem ſupra me, non eſt me dignus.*

Item, Matth. 10. 28. Ne timete vobis ab iis, qui trucidant corpus, animam autem non poſſunt trucidare: ſed *timete potius eum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennâ.*

Item. Act. 5. 29. *Obedire oportet Deo potius, quam hominibus.*

## QUÆSTIO XCV.

*Quid eſt Idololatria?*

### RESPONSIO.

Est loco unius Dei, aut præter unum illum & verum Deum, qui ſe in verbo ſuo patefecit *a*, aliud quippiam fingere aut habere, in quo ſpem reponas.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Gal. 4. 8. Tum ignorantes Deum, ſerviebatis iis, qui natura non ſunt Dii.

Item, 1 Pet. 4. 3. *Sufficit nobis præteritum vitæ tempus, quod quæ libent Gentibus patraverimus, cum inceſſimus in laſciviis, cupiditatibus, vinolentiis,* comeſſationibus, compotationibus, & *nefariis ſimulachrorum cultibus.*

Item, 1. Theſſ. 2. 9. *Converſi eſtis ad Deum relictis Idolis,* ut ſerviretis Deo vivo & vero.

 (*b*) Matth.

(*b*) Matth 6. 24. Nemo poteſt *duobus Dominis* ſervire: nemo poteſtis *Deo* ſervire & *Mammonæ*.

Item, Coloſſ. 3. 5. Mortificate membra veſtra terreſtria: ſcortationem, impuritatem, mollitiem, cupiditatem malam, & *avaritiam*, quæ eſt *Idololatria* *.

Item Phil. 3. 19 Finis hoſtium Chriſti eſt *exitium*: quorum *Deus eſt venter* †: & gloria cum confuſione ipſorum, qui terreſtria curant.

* Avaritia merito appellatur idololatria, quia avari confidunt in divitiis ſuis: eaſque idcirco in Idolum convertunt.

† Quia carnales cupiditates pluris faciunt, quam Deum: magiſque de ventre quam Deo ſunt ſolliciti.

Dominica XXXV.

## QUÆSTIO XCVI.

### *Quid poſtulat Deus in ſecundo præcepto?*

*In ſecundo præcepto Deus probibet. 1. repræſentationem ſui per imagines a. 2. Cultum non præceptum in verbo ſuo.*

### RESPONSIO.

NE Deum ullâ imagine, aut figurâ exprimamus *a*: nec ullâ aliâ ratione eum colamus, quàm quâ ſe in ſuo verbo coli præcepit *b*.

#### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Deut. 4. 23. 24. *Cavete vos, ne* obliviſcamini fœderis Jehovæ Dei veſtri, quod pepigit vobiſcum, ut *faciatis vobis ſculptile, ſimilitudinem ullius rei*: quia interdixit tibi Jehova Deus tuus. Nam Jehova Deus tuus ignis conſumens eſt: Deus fortis Zelotes.

Item, Rom. 1. 22. 23. Quum gentes dictitent ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. *Mutarunt enim* gloriam incorruptibilis Dei *in efformatam imaginem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum & reptilium.*

(*b*) Deut. 12. 32. Unamquamque rem, quam ego præcipio vobis, eam obſervantes facite, ne addito ei: neque detrahito ex ea.



Item, Matth 15. 9. *Fruſtra* me colunt, docentes doctrinas, quæ ſunt mandata hominum.

## QUÆSTIO XCVII.

### *An nullæ ergò prorſus fingendæ ſunt imagines aut ſimulacbra?*

*Deus non poteſt a. nec debet b. ulla ratione effigiari.*

*Creaturæ poſſunt quidem exprimi c. duabus poſitis conditionibus.*

### RESPONSIO.

DEus nec ulla ratione effingi debet *a*: nec poteſt *b*. Creaturas autem etſi exprimere quidem licet, *c*: 1. vetat tamen Deus earum imagines fingi *d*, aut haberi *e*: 2. quo vel ipſas, vel Deum per ipſas colamus *f*, 3. aut honoremus *g*.

1. Quid prohibet Deus quoad creaturas? 2. Quodnam eſt primum? 3. Quod ſecundum?

*Deus nec poteſt nec debet.*) Non poteſt, quia eſt Spiritus, Rom. 1. 20. Joh. 4. 24. Non debet: quia expreſſe id prohibuit tum hoc præcepto ſecundo, tum alibi paſſim in Scriptura.

Ac præterea, quia divina ejus majeſtas hac ratione imminuitur: dum gloria ejus incorruptibilis mutatur in efformatam imaginem corruptibilium creaturarum, Rom. 1. 21. 22. 23. Eſa. 40. 17. 18.

#### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Deut. 4. 12. 15. 16. 17. 18. Allocutus eſt vos Jehovah è medio illius ignis: vocem verborum ejus audiviſtis; at *ſimilitudinem nullam* animadvertiſtis præter vocem. Quamobrem *cavebitis vobis valde*; nam non animadvertiſtis ullam ſimilitudinem, quo die allocutus eſt vos Jehova in Chorebo, è medio illius ignis. Ut non corrumpatis vos, & faciatis vobis

bis ſculptile, ſimilitudinem ullius ſimulachri, formam maris & fœminæ. Formam ullius animalis quod ſit in terrâ: formam ullius avis alatæ, quæ volat verſus cœlum: formam ullius repentis in terrâ, formam ullius piſcis, qui ſit in aquâ ſub terrâ.

(*b*) Eſa. 40. 18. 25. *Cui aſſimilabitis* Deum fortem, *& quam ſimilitudinem comparabitis ei? Cui aſſimilaretis me, ut æqualis eſſem*, ait Sanctus.

Item, Act. 17. 29. *Progenies* ergo *Dei* cum ſimus, non debemus exiſtimare, auro aut argento, aut lapidi ſculptili artificii aut commentationis hominum, *Numen* eſſe ſimile.

(*c*) Exod. 35. 30. 31. Vocavit *Jehova* nominatim *Bezaleelem* quem *implevit Spiritu Dei*, peritia, intelligentia, & notitiâ & omni arte. Tum ut excogitet res *induſtriè* inventas, & *operetur in auro & in argento & in ære. Et in artificio gemmario ad inſerendum*, & in artificio lignario operando opus quodlibet ingenioſiſſimum.

Sic Chriſtus, Matth. 22. 20. *Uſum civilem imaginum* probat, quum ex effigie Cæſaris numiſmati inſculpta Judæos monet, ut reddant Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei, Deo.

(*d*) Deut. 27. 15. *Maledictus eſt vir ille, qui fecerit ſculptile aut fuſile*, rem abominandam Jehovæ, opus manuum artificis, qui etiam poſuerit in abdito: & reſpondentes totus populus dicent, *Amen*.

(*e*) Deut. 7. 5. Altaria *earum* diruitote, *& ſtatuas earum frangitote:* etiam lucos earum ſuccidito-te, *& ſculptilia earum comburitote igne*.

Item, 2. Reg. 18. 3. 4. *Et fecit Hiskia quod rectum videtur in oculis Jehovæ:* omnino prout fecerat David pater ipſius. Ipſe amovit excelſa, *fregitque ſtatuas*, & excidit lucum, *contudit etiam ſerpentem aneum*, quæ fecerat Moſes, eò quod uſque ad dies illos Iſraëlitæ adolerent ei.

(*f*) Pſal. 97. 7. *Pudore ſuffundantur omnes colentes ſculptile*, qui ſe jactant de Idolis; Incurvando ſe hono-



honorem exhibentes ei omnes Angeli. )(

(*g*) Levit. 26. 1. *Ne facite* vobis Idola, & ſculptile, aut ſtatuam ne erigitote vobis, neque *lapidem figuratum* ponite in terra veſtra *ut incurvetis vos ante eum*.

Item, Deut. 12. 4. *Ne facite ſic* Jehovæ *Deo veſtro* *.

* Nempe ut eum colatis per idola vel ſtatuas ſicuti Ethnici. huc pertinet exemplum vituli Aaronis, Exod. 32. 5. per quem Jehovam colere volebant Iſraelitæ, & exemplum Jeroboami. 1. Reg. 12. 28. Imo & gentiles multi Deum verum colere volebant per idola ſua, ut teſtatur Apoſtolus, Rom. 1. 21. quem Deum cognoverunt, tamen ut Deum non glorificaverunt, &c.

## QUÆSTIO XCVIII.

*Imagines quoque tolerari non debent in templis eo prætextu, quaſi eſſent libri Laicorum.*

### *An autem in templis imagines tolerari non poſſunt: quæ pro libris ſint imperitæ multitudini?*

### RESPONSIO.

Minime. 1. Neque enim decet nos ſapientiores eſſe Deo, qui ſuam Eccleſiam non mutis ſimulacris *a*, ſed vivâ prædicatione verbi ſui vult erudiri *b*.

1. Quid ita?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Jerem. 10. 8. 10. Sapientes gentium unà obbruteſcunt, & ſtolidi fiunt, *eruditio vanitatum eruditio ligni eſt:* Jehova verò Deus verus eſt Deus vivens, & Rex ſempiternus.

Item, Hab. 2. 18. 19. Quid profuerit ſculptile, quod ſculpſerit illud formator illius, fuſile, & doctor falſi, quod confidat formator figmenti ſui ipſi, faciendo *idola muta?* Væ illi qui dicit ligno, expergiſcere, evigila: lapidi ſilenti, *ipſe docet*, ecce ipſum, continetur quidem auro & argento, ſed omnino

omnino Spiritus nullus eſt in medio ejus.

Item, Zach. 10. 2. *Imagines loquuntur vanitatem.*

(*b*) Luc. 16. 29. Habent *Moſen & Prophetas: audiant eos.*

Item, Joh. 5. 39. *Scrutamini ſcripturas,* nam illa ſunt quæ *de me teſtificantur.*

Sic Rom. 10. 17. Fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Dei.

Item, 2. Tim. 3. 16. 17. Tota *Scriptura* divinitus eſt inſpirata, & *utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem, quæ eſt in juſtitiâ: ut* perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè inſtructus.

Dominica XXXVI.

*In tertio præcepto Deus prohibet abuſum nominis ſui: ac viciſſim præcipit legitimum ejus uſum.*

## QUÆSTIO XCIX.

*Quid ſancit Deus in tertio præcepto?*

### RESPONSIO.

1. Quomodo temerè uſurpatur nomen Dei?

UT non ſolùm 1. execrando *a*, aut pejerando *b*, verùm etiam temerè jurando *c*, nomen Dei contumelioſè, aut irreverenter ne uſurpemus: neve tacendo, aut connivendo horrendis iſtis ſceleribus communicemus *d*: ſed 2. ſacroſancto Dei nomine *non niſi ſummâ cum religione, & veneratione* utamur *e*: ut verâ & conſtanti confeſſione *f*, invocatione *g*, omnibus denique verbis & actionibus noſtris ipſe celebretur *h*.

2. Quomodo legitimè uſurpatur nomen Dei.

*Teſtimonia Scripturæ.*

1. Execratio.

(*a*) Levit. 24. 15. Filios Iſraëlis alloquitor, dicendo, *ullus cum blaſphemaverit Deum ſuum, omnino laturus eſt peccatum ſuum.*



II. Perjurium.

(*b*) Levit. 19. 12. *Neque jurate* per nomen meum *ad fallaciam ullam:* ſic profanaveris nomen Dei tui: ego ſum Jehova.

(*c*) Levit. 5. 4. *Cum quiſpiam juraverit effutiendo labiis ſuis ſe male aut bene facturum* ſecundum omnia, quæ effutire ſolet homo juramento, & abditum fuerit ab eo: deinde cognoverit ſe reum eſſe unius ex iſtis, *tum erit,* quia *reus* eſt unius ex iſtis, ut id confiteatur.

III. Temerarium juramentum.

Item, Matth. 5. 34. 35. 36. Ego dico vobis, *ne juretis omninò,* neque per cœlum, quia thronus Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus: neque per Jeroſolymam, quia urbs eſt magni regis: neque per caput * tuum jures: quia non potes unum capillum album aut nigrum facere.

* Multo minus per animam tuam.

IV Conniventia ad aliorum peccata.

(*d*) Levit. 5. 1. *Cum* peccaverit *quiſpiam, & audierit vocem blaſphemiæ,* cujus ipſe teſtis eſt, ſive viderit ſive cognoverit: *ſi non indicet, utique feret iniquitatem ejus.*

I. Religioſa uſurpatio nominis divini.

(*e*) Malach. 4. 2. *Exorietur vobis ô timentes nominis mei Sol juſtitiæ.*

Item, 1. Pet. 4. 11. Si quis loquitur, *loquatur ut eloquia Dei,* ſi quis miniſtrat, miniſtret tanquam ex virtute quam ſuppeditat Deus, *ut in omnibus glorificetur Deus* per Jeſum Chriſtum, &c.

II. Confeſſio conſtans.

(*f*) Matth. 10. 32. 33. *Quiſquis confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui eſt in cœlis.* Quiſquis autem abnegaverit me coram hominibus, abnegabo eum & ego coram Patre meo, qui eſt in cœlis.

Item, 1 Pet. 3. 10. Deum Dominum ſanctificate in cordibus veſtris. *Eſtote autem ſemper parati ad reſpondendum cuilibet* petenti rationem ejus ſpei quæ in vobis eſt.

III. Invocatio Dei.

(*g*) Pſal. 50. 15. *Invoca me* in die tribulationis.

(*h*) Coloſſ. 3. 17. Quicquid egeritis *ſermone aut facto,*

IV. Celebratio Dei in verbis & actionibus.

*aut facto*, in nomine Domini Jeſu Chriſti id facite, *gratias agentes Deo & Patri per eum.*

Item, 2. Cor. 10. 31. *Sive editis, ſive bibitis, ſive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

*Deus etiam eos vult punire, qui ad aliorum execrationes connivent a.*

## QUÆSTIO C.

*Eſtne igitur adeò grave peccatum, jurando aut dira imprecando, nomen Dei temerare: ut Deus etiam iis ſuccenſeat, qui quantum in ſe eſt, illud non prohibent aut impediunt?*

### RESPONSIO.

1. Quam ob rem? 2. Quomodo Deus hanc ſuam voluntatem oſtendit?

CErte graviſſimum *a*: 1. Neque enim ullum peccatum eſt majus, aut quod Deum gravius offendat, quam ſacri ipſius nominis contumelia. Quocirca etiam 2. id ſcelus morte mulctari voluit *b*.

*Teſtimonia Scripturæ*

(*a*) Levit. 5. 1. *Quum anima audierit vocem juramenti*, & ipſe ſit teſtis, quod aut viderit aut ſciverit, *niſi renunciaverit*, *feret pœnam iniquitatis ſuæ.*

Item, Proverb. 29. 24. Qui exſecrationem audiens non indicat, odit ſe ipſum †.

† Quia Dei iram iſta ſua conniventia in ſe concitat.

*b* Levit. 24. 16. *Quicunque maledixerit Deo ſuo, probabit iniquitatem ſuam.* Et qui exſecratur nomen Domini, moriendo morietur, lapidando lapidabunt eum univerſus cœtus, tam peregrinus quam indigena, cum exſecratus fuerit nomen, morietur.

Item, Levit. 24. 10. Egreſſus eſt autem filius cujuſpiam Iſraëlitidis, qui erat filius viri Ægyptii, inter filios Iſraëlis, & contenderunt in caſtris filius hic Iſraëlitidis, & vir Iſraëlita quidam. Tunc exſecrans filius ille Iſraëlitidis mulieris, *nomen illud Dei blaſphemavit.* Quapropter adduxerunt illum ad judices



judices ad Moſen, poſueruntque illum in cuſtodia, ut exponeret illis Moſes, quid faciendum ex præſtituto Jehovæ. Allocutus itaque eſt Jehova Moſen, dicendo; *Educito Blaſphemum iſtum extra caſtra*, ut nitantur quicunque audiverunt manibus ſuis ſuper caput ejus: deinde *lapidabunt eum totus cœtus.*

Dominica XXXVII.

*Juramentum eſt licitum duabus conditionibus poſitis.*

## QUÆSTIO. CI.

*Poteſtne quis etiam piè per nomen Dei jurare?*

### RESPONSIO.

1. Quæ eſt prima? 2. Quæ eſt altera? 3. In quem finem licet jurare? 4. Proba illud juramentum eſſe licitum.

POteſt: 1. cum vel magiſtratus id exigit *a*: vel 2. alioquin neceſſitas hoc pacto fidem firmari & veritatem ſtabiliri poſtulat *b*, 3. quò & gloria Dei illuſtretur *c*, & aliorum ſaluti conſulatur *d*, 4. nam ejus generis jusjurandum verbo Dei ſancitur *e*, ideoque etiam à ſanctis in vetere & novo fœdere rectè eſt uſurpatum *f*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Exod. 22. 10. 11. Si dederit quiſquam proximo ſuo ex conducto aſinum aut bovem, aut parvam pecudem, aut ullum jumentum ad ſervandum, mortuum autem vel fractum aliquid, vel vi abductum fuerit nemine vidente: *Juramentum Jehovæ eſto inter utroſque* †, quo ſe purget redemptor, ſi non extendit manum ſuam in rem proximi, quod ubi acceperit dominus rei, ille ne rependito.

† Nimirum coram Diis h. e. magiſtratu, ut patet ex v. 9.

Item. Eſdr. 10. 5. Surgens Eſdra *adjuravit* principes ſacerdotum, Levitas & *totum Iſraelem*, ut facerent ſecundum rem hanc, & jurarunt.

(*b*) Joſ. 2. 12. Nunc itaque *jurate mihi*, quæſo per Jehovam, quia exercui benignitatem erga vos: ſic exer-

Rahab ad duos exploratores.

ſic exercituros vos quoque erga familiam paternam meam benignitatem *.

* Vt parcatis illis in deſtructione urbis Jericho. Primores pupuli Judaici ad Gibeonitas.

(c) Deut. 10. 20. Jehovam Deum tuum timeto, eum colito, & ei adhæreto, ac per nomen ejus jurato.

d Joſ. 9. 19. *Nos juravimus eis* per Dominum Deum Iſraël : *idcirco nunc non poſſumus attingere eos.*

e Eſa. 45. 23. Per me juravi, prodiit ex ore meo juſtè verbum, quod non revocabitur : *mihi incurvatum iri omne genu, juraturam omnem linguam.*

Item, Eſa. 65. 16. Ut qui ſibi benedicturus eſt in terrâ, benedicat ſibi per Deum firmi, & *juraturus in terrâ, juret per Deum firmi.*

Item, Heb. 6. 16. Homines quidem per eum jurant *qui ſit major, atque iiſdem omnis controverſiæ finis eſt juſjurandum*, ad confirmationem adhibitum.

| | | |
|---|---|---|
| f Gen. 21. 25. 31, | Abraham | jurarunt. |
| Gen. 26. 31. | Iſaac | |
| Gen. 31. 54. | Jacob | |
| 1. Sam. 24. 22. 23. | David | |
| Rom. 9. 1. | Paulus | |
| Joh. 16. 23. | Immo Chriſtus ipſe | |

## QUÆSTIO CII.

*Per Sanctos aut alias creaturas nō eſt licitum jurare.*

*Eſtne licitum jurare per Sanctos, aut alias creaturas?*

RESPONSIO.

1. Cur non?

NOn : 1. nam legitimum juramentum eſt invocatio Dei *a* : qua petitur, ut is tanquam unicus cordium inſpector, teſtimonium det veritati *b*: & jurantem puniat ſi ſciens fallat *c*. Porro hic honor nulli creaturæ convenit *d*.

*Hic honor.* ) Invocationis nempe, omni ſcientiæ & omnipotentiæ.

*Teſti*



*Teſtimonia Scripturæ.*

Paulus.

*a b c* 2. Cor. 1. 23. *Ego Deum teſtem invoco in animam meam* *, me idcirco nondum veniſſe Corinthum, quod vobis parcam.

* Hoc eſt, ut meam animam quoque puniat, ſi ſciens fallam.

Item, 1 Reg. 8. 39. *Tu noſti ſolus animum omnium filiorum hominis.*

Item, Gen. 17. 1. *Ego ſum Deus fortis omnipotens*, indeſinenter ambula coram me, & eſto integer.

Item, Deut. 32. 35. *Mea eſt ultio & retributio.*

*d* Eſa. 45. 23. Mihi incurvabitur omne genu, & omnis lingua.

## QUÆSTIO CIII.

Dominica XXXVIII.

*Quid præcipit Deus in quarto præcepto?*

*Deus in quarto precepto requirit duplicem ſanctificationem Sabbathi, externam, & internam.*

RESPONSIO.

1. PRimùm ut miniſterium Euangelii, & ſcholæ conſerventur *a*: utque ego cum aliis tum præcipuè feſtis diebus ſtudioſè cœtus divinos frequentem *b*: 2. verbum Dei diligenter audiam *c*: utar ſacramentis *d*: precibus publicis meas quoque preces adjungam *e*: pro facultatibus aliquid conferam in pauperes *f*. 3. Deinde ut in omni vitâ à pravis actionibus vacem *g*: Domino concedens, ut per Spiritum S. in me ſuum opus faciat *h*: atque ita 4. ſempiternum illud Sabbathum in hac vitâ exordiar *i*.

1. Ad externam Sabbathi ſanctificationem quæ pertinent? 2. Cur cœtus divini in ſabbatho ſtudioſe ſunt frequentandi? 3. Ad internam ſabbathi ſanctificationem quæ pertinent?

*Sempiternum Sabbathum.* ] Quod erit in altera



vita:

4. Cur ſabbathum ſic eſt ſanctificandum.

vita: quando ab omnibus peccatis requieſcemus, Deumque in perfecta ſanctitate & juſtitia æternum celebrabimus, eique ſoli ſerviemus. Atque ita interna ſabbathi ſanctificatio gemina eſt: Una inchoata in hac vita: altera perfecta ac conſummata in altera vita.

Conſervatio Miniſterii.

* Atque adeo multo magis miniſtros Euangelii, quos Deus in N. T. ordinavit.

Frequentatio cœtuum publicorum.

Verbi divini diligens auſcultatio: & cœnæ Dominicæ celebratio.

* Hoc eſt, ad cœnam Domini celebrandam.

Preces publicæ.

Elemoſinæ.

† Ad ſuſtentationem pauperum.

)( Mala opera.

*Teſtimonia Scripturæ.*

a Deut. 12. 19. *Cave tibi ne deſeras Levitam* ullo dierum tuorum in terrâ tuâ *.

Item 1. Cor. 9. 14 Dominus Jeſus conſtituit *iis qui Euangelium annunciant, ut ex Euangelio vivant.*

Item, Gal. 6. 6. Communicet autem qui catechiſatur in ſermone, *ei qui catechiſat* omnia bona.

b Heb. 10. 25. *Ne deſeramus aggregationem noſtri mutuam*, ſicuti eſt mos quibuſdam, ſed adhortantes alii alios, idque eo magis quòd *diem illum* videtis appropinquare.

c d Act. 20. 7. *Primo die hebdomadis coactis diſcipulis ad frangendum panem* *. *Paulus* diſſerebat cum eis, abiturus poſtridie, *produxitque ſermonem* uſque in mediam noctem.

e Pſal. 68. 27. *In congregationibus benedicite Domino Deo*, qui eſtis è ſcaturigine Iſraëlis.

Item, Act. 1. 14. *Perdurabant omnes concorditer in oratione & deprecatione.*

f 1. Cor. 16. 2. *Primo quoque die hebdomadis unuſquiſque* veſtrûm apud ſe reponat, † recondens quod pro Dei benignitate licuerit.]

g Eſa. 58. 13. Si averteris à ſabbatho pedem tuum, ne facias *id, quo delectaris* die ſancto meo, & *vocaveris Sabbathum delicias*, ſanctumq; Jehovæ honoratum, honoraveriſque ipſum, *non exercendo vias tuas* )(, non præſtando id quo delectaris, aut loquendo verbum tuum.

h Exod. 31. 13. *Sabbatha mea ſervatote.* Nam *ſignum eſt inter me & vos* per generationes veſtras, ad cog-



ad cognoſcendum me Jehovam eſſe, qui ſanctifico vos †.

[ † Nota ſanctificationem externi ſabbathiſmi ſeptimi diei, ut & aliorum feſtorum in V. T. fuiſſe ſimul Sacramentum internæ ſanctificationis: qua Deus ſanctificat corda fidelium. Vide, Ezech. 20. Coloſſ. 2. 16. 17.]

Item, Pſal. 95. 7. *Hodie* ſi vocem ejus audiveritis, ne obdurate corda veſtra.

Æternum ſabbathum.

i Eſa. 66. 33. Eritque de novilunio in novilunium alterum, & *de ſabbatho in ſabbathum alterum, ut veniat omnis caro* *, *ad incurvandum ſe coram me*, ait Jehova †.

* Omnes fideles electi.

† h. e. celebrabunt æternum ſabbathum, quo in omnem æternitatem me colent.

Item, Heb. 4. 9. 10. 11. *Itaque reliquus eſt ſabbathiſmus populo Dei.* Nam qui ingreſſus eſt in requiē ipſius requievit & ipſe ab operibus ſuis quemadmodum à ſuis Deus. *Studeamus* igitur *ingredi in aliam requiem* *, ne quis in idem incidat contumaciæ exemplum.

* Quam ſcil. in hac vita inchoamus ideo, ut in altera vita æternum poſſideamus.

Dominica XXXIX.

## QUÆSTIO CIV.

*Quid nobis injungit Deus in quinto præcepto?*

*In præcepto quinto Deus præſcribit officia præſtanda. 1. Parentibus. 2. omnibus iis qui nobis præſunt.*

### RESPONSIO.

1. Quæ officia hic præſtanda ſunt.

Ut parentibus atque adeo omnibus, qui nobis præſunt, 1. debitum honorem *a*, amorem *b*, & fidem præſtemus *c*: noſque ipſorum fidelibus præceptis & caſtigationibus ea qua par eſt obedientia ſubmittamus *d*: Tum etiam ut eorum vitia & mores noſtra patientia toleremus *e*: 2. illud ſemper cogitantes Deum nos illorum

2. Cur ipſis hæc officia

præſtare obligatus es?

manu velle ducere ac regere *f*. )(

*Omnibus qui nobis præſunt.*) Ut ſunt Doctores, Seniores, Præceptores, Magiſtratus, tutores, heri, heræ, ſenes. Iis omnibus namque Deus demandavit munus parentum erga auditores, diſcipulos, ſubditos, pupillos, ſervos, ancillas, juniores, &c. Unde & *Parentes* nominantur in ſcriptura ſacra. 1. Cor. 4. 15. 2. Reg. 2. 12. Gen. 41. 43. Eſth. 2, 7. 15. 2. Reg. 5. 1.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

Honor erga parentes.

*a* Malach. 1. 6. *Filius honorat Patrem*, & ſervus Dominum ſuum. Quod ſi pater ſum, ubi eſt honor meus? & ſi Dominus ſum, ubi reverentia mei? ait Jehova Exercituum.

Honor erga miniſtros & presbyteros.

Item. Eph. 6. 2. 3. *Honora patrem tuum & matrem tuam* (quod eſt præceptum primum cum promiſſione) ut bene tibi ſit, & ſis longævus ſuper terram.

Honor erga Magiſtratus.

Item, 1. Tim. 5. 17. Qui bene præſunt *Presbyteri* duplici *honore digni habentor:* maxime qui laborant in ſermone, & in doctrina.

Honor erga dominos.

Item, 1. Pet. 2. 17. Deum timete & *Regem honorate.*

Honor erga ſenes.

Item, 1. Tim. 6. 1. Quicunque ſub jugo ſunt *ſervi, ſuos dominos omni honore dignos ducunto*, ne nomen Dei & doctrina blaſphemetur.

Amor erga parentes.

Item, Levit. 19. 32. *Coram canitie aſſurgito, ut honorem habeas faciei ſenis*, & timebis à Deo tuo: ego ſum Jehova.

* h. e. eos quibus homo ſummum debet amorem.

*b* Matth. 10. 37. *Qui amat patrem aut matrem* * *ſuper me*, non eſt me dignus.

Amor erga paſtores.

Item, 1. Theſſ. 5. 12. 13. Agnoſcite eos *qui laborant inter vos*, & præſunt vobis in Domino, & admonent vos: Et quam *maxime charos ducatis* propter opus ipſorum.

Fides liberorum erga parentes.

*c* Prov. 28. 24. *Qui diripiens patrem ſuum, aut matrem ſuam, dicit*, non eſt defectio: *ſocius eſt viro interfectori.*

Item,



Fides ſervorum ſervarumque erga heros heraſque.

Item, Tit. 2. 10. *Servi dominus ſuis* nihil intervertent, ſed *omnem bonam fidem oſtendent.*

*d* Prov. 6. 20. 21. 22 *Cuſtodi*, fili mi, *præceptum patris tui: neque deſerito doctrinam matris tuæ. Alliga ea cordi tuo* jugiter, *annecte ea faucibus tuis.* Quocunque itabis, illa deducet te: quum cubabis, obſervabit te, quum experrectus fueris, illa confabulabitur tecum.

Obedientia liberorum erga parentes.

Item, Eph. 6. 1. *Liberi auſcultate in Domino parentibus veſtris:* id enim eſt juſtum.

Obedientia auditorum erga paſtores.

Item, Heb. 13. 17. *Obedite ductoribus veſtris, & obſecundate:* excubant enim iſti pro animabus veſtris tanquam rationem reddituri, ut *cum gaudio* hoc faciant, & *non gementes.* Id enim eſt vobis inutile.

Obedientia ſubditorum erga Magiſtratus.

Item, Rom. 13. 1. *Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubjecta eſto.*

Obedientia ſervorum erga dominos.

Item, Coloſſ. 3. 22. *Servi auſcultate* per omnia *iis, qui domini ſunt* ſecundum carnem, *non obſequiis ad oculum exhibitis*, ut qui hominibus placere ſtudent, ſed cum ſimplicitate cordis timentes Deum.

Item, Prov. 1. 8. *Audi fili mi eruditionem patris tui:* & ne dimittas legem matris tuæ.

Debita ſubjectio in pœnis.

Item, Prov. 15. 5. Stultus ſpernit eruditionem patris ſui, *qui autem obſervat correptionem, valde aſtutus eſt.*

Heb. 10. 9. Corporum noſtrorum Patres habuimus caſtigatores, & eos reveriti ſumus, &c.

Patientia liberorum in ferenda parentum infirmitate.

*e* Geneſ. 9. 24. Expergefactus verò *Noah* à vino ſuo, reſcivit, quid feciſſet ſibi filius ſuus minor natu. Et *dixit:* Maledictus Chenaan, ſervus ſervorum erit fratribus ſuis. Dixit præterea: *Benedictus Dominus Deus Sem* †: & ſit Chenaan ſervus ejus.

† Qui una cum fratre ſuo Japhet ſenis parentis infirmitatem patienter tulit, & nudatum in tentorio veſte texit.

Item, Prov. 30. 17. *Oculum qui ſubſannat Patrem, aut ſpernit obedientiam matris, hunc effodient corvi* vallis, aut comedent eum juvenes aquilæ.

I 4

Item,

Itē, Prov. 23. 22. Obtempera patri tuo, ipſi q[ui]
genuit te, & *ne contemnas, cum ſenuerit mater tu[a]*.

Item, 1. Pet. 2. 18. *Famuli ſubditi eſtote* cum o-
mni timore *dominis*: non ſolùm bonis & æquis; ſe[d]
etiam pravis.

*f* Eph. 6. 5. *Vos patres*, ne provocate ad iram li-
*beros veſtros*: ſed enutrite eos *in doctrina & moni[tione]*
*Domini*.

Item, 1. Pet. 2. 13. 14. *Subjecti eſtote* cuivis hu-
manæ ordinationi *propter Dominum*, ſive regi, *ut q[uod]*
*ſuperemineat; ſive præſidibus ut qui per eum mittantu[r]*
*tum ad ultionem maleficorum, tum ad laudem rectè a[...]*
*gentium*.

Item, Rom. 13. 1. 2. Omnis anima poteſtati-
bus ſupereminentibus ſubjecta eſto, non enim eſ[t]
poteſtas, niſi à Deo, & quæ ſunt *poteſtates*, *ſunt à*
*Deo ordinatæ*. Itaque *quiſquis ſe opponit poteſtati*
*Dei ordinationi reſiſtit*: qui autem reſiſtunt, ipſ[i]
ſibi condemnationem auferent.

Patientia ſervorum in dominorum infirmitatibus perferendis.

Officium parentum erga liberos.

Officium Magiſtrat[us] erga ſubditos.

Dominica XL.

*In ſexto præcepto de homicidio ſeptem vitia De[us] prohibet.*

1. Quomodo proximum tuum non debes contumelia afficere, odiſſe, aut lædere?

2. Quæ ſunt ſeptem illa vitia prohibita in hoc præcepto

3. Quomodo præcepti hujus authoritas conſervatur.

## QUÆSTIO CV.

*Quid flagitat Deus in ſexto præcepto?*

### RESPONSIO.

UT proximum 1. neque cogitatione *a*
neque verbis *b*, neque geſtibus *c*, ne-
dum factis *d*, vel per me vel per alium *e*, [...]
contumeliâ afficiam *f*, aut oderim *g*, aut
lædam *h*, aut occidam *i*: ſed omnem vindi-
ctæ cupiditatem abjiciam *k*: adhæc ne me
ipſum lædam *l*, aut ſciens in aliquod peri-
culum conjiciam *m*: Quocirca etiam ne
cædes fierent, magiſtratum gladio arma-
vit *n*.

*Teſti-*



*Teſtimonia Scripturæ.*

*a* Zach. 8. 16. 17. Loquimini veritatem alter
cum altero, veritatis & pacis jus dicite in portis ve-
ſtris. Et *alter malum alterius ne cogitetis cum animo*
*veſtro*.

*b* Matth. 5. 22. *Quiſquis fratri ſuo dixerit*, Fa-
tue: *tenebitur gehennâ ignis*.

Item, Eph. 4. 31. Omnis amaritudo & excan-
deſcentia, & ira & clamor & *maledicentia tollatur*
*ex vobis* cum omni malitia.

*c* Gen. 4. 6. Tum dixit Jehovah Caino: *quare*
*accenſa eſt ira tua? & quare cecidit vultus tuus?*

*d* Num. 35. 16. 17. 18. *Si inſtrumento ferreo per-*
*cuſſit ita ut mortuus ſit, aut ſi ligneo inſtrumento ma-*
*nuali, quo quis mori poteſt*, percuſſerit eum, ita ut
mortuus ſit, *occiſor eſt: omnino morti traditor occiſor*
*ille*.

*e* 2. Sam. 12. 9. Uriam Hitthæum *percuſſiſti* †
*gladio*: occidiſti eum gladio Ammonitarum.

*f* Pſal. 15. 1. 3. *Jehova, quis commoraturus eſt in*
*tentorio tuo? qui* non obtrectat linguâ ſuâ, *non afficit*
*proximum ſuum malo*.

*g* Lev. 19. 17. *Ne odio habeto fratrem tuum in*
*corde tuo*.

*h* Lev. 24. 19. *Quod ſi quis intulerit corporis vi-*
*tium proximo ſuo, quemadmodum fecit, ſic fiat ei*.

*i* Lev. 24. 17. *Quum quis percuſſerit ullam ani-*
*mam hominis, omnino morte afficitor*.

*k* Lev. 19. 18. *Ne ulciſcitor*, neque iram aſſer-
vato in populares tuos.

*l* Eph. 5. 29. *Nullus unquam ſuam ipſius carnem*
*odio habuit*, imò enutrit ac fovet eam.

*m* Matth. 4. 7. *Non tentabis Dominum Deum*
*tuum* *.

Pravæ cogitationes contra proximum.

Verba calumnioſa.

Geſtus diſtorti.

Cædes ipſa.

Nathan Davidi Homicidium per alios.

† Quia per Joab occidiſti Uriā.

I. Contumelia.

II. Odium.

III. Læſio proximi.

IV. Homicidium.

V. Vindicta.

VI. Propri[i] corporis læſio.

VII. Temeritas.

* Temerè conjiciendo in periculum: ſicut Diabolus tentavit Chriſtum, ut ſe præcipitaret de pinnaculo templi, Marc. 4. 5. 6.



*n* Gen.

*n* Gen. 9. 6. *Qui effuderit ſanguinem hominis, ab homine ſanguis ejus effundetur.*

Item, Exod. 21. 12. *Qui percutit quemquam ita, ut moriatur, omnino morte plectitor.*

Item, Rom. 13. 4. Quod ſi feceris quod malum eſt, metue, non enim temere gladium geſtat. nam Dei miniſter eſt, ultor ad iram ei, qui quod malum eſt fecerit.

## QUÆSTIO CVI.

*In præcepto ſexto preter cædem externam prohibetur etiam invidia a. odium b. ira c. vindictæ cupiditas d. duabus de cauſis.*

*Atqui hoc præceptum ſolam cædam prohibere videtur?*

### RESPONSIO.

AT cædem prohibendo docet Deus,

1. Quæ eſt prima? 1. ſe radicem & originem cædis *a*, iram ſcilicet *b*, invidiam *c*, odium *d*, & vindictæ cupiditatem odiſſe *e*: atque ea omnia

2. Quæ eſt altera? 2. pro cæde ducere *f*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

*a* Gen. 37. 4. 11. 18. *Fratres Joſephi* oderunt eum. Invidebant itaque ei, & viderunt eum è longinquo: cumque nondum acceſſiſſet ad ipſos, *machinati fuerunt* contra eum, *ut morti traderent eum* *.

* Nempe ex invidia adverſus fratrem Joſephum.

Item, 2. Sam. 13. 28. 29. *Abſolon vidit Ammon: & præceperat pueris ſuis dicendo:* videte quæſo: percutite Ammonem ut *morte afficiatis eum* †. Et fecerunt pueri Abſolonis Ammoni, quemadmodum præceperat Abſolon.

† Nempe ex odio adverſus fratrem Ammon.

Item, Gen. 7. 25. *Ira filiorum Jacob accenſa fuit valde.* Et Simeon & Levi quiſque gladium ſuum accepit: & invaſerunt civitatem illam ſecurè, & *occiderunt omnes mares egredientes è portâ ejus* *.



*Nempe ex odio & ira, quam conceperant in Sichemitas & vindictæ cupiditate ob ſtuprum ſorori Dinæ illatum.

*b c d* Gal. 5. 19. Manifeſta ſunt *opera carnis*, quæ ſunt adulterium, ſcortatio, impuritas, protervia, veneficium, inimicitiæ, lites, *æmulationes*, *excandeſcentia*, rixæ, diſſidia, hæreſes, *invidiæ*, cædes, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: quæ prædixi vobis & prædico, eos videlicet, qui talia agunt, Regni Dei non fore hæredes.

*e* Rom. 12. 19. *Non ipſi voſmet ipſos ulciſcamini,* dilecti, ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim: Mihi eſt ultio, ego rependam, dicit Dominus.

*f* 1. Joh. 3. 15. *Quiſquis odit fratrem ſuum, homicida eſt*: & noſtis nullum homicidam habere vitam æternam in ſe manentem.

Item Matth. 5. 22. Quicunque iraſcitur fratri ſuo temerè, tenebitur judicio.

## QUÆSTIO CVII.

*In ſexto præcepto Deus viciſſim octo virtutes præcipit.*

*An verò id ſatis eſt, nos neminem eo quo dictum eſt modo occidere?*

### RESPONSIO.

NOn eſt ſatis. Dum enim Deus iram, invidiam, odium damnat, poſtulat

1. Quæ ſunt virtutes illæ? 1. ut proximum æquè ac nos ipſos diligamus *a*: & ut humanitate, manſuetudine, lenitate, patientiâ & miſericordiâ erga eum utamur *b*: quodque ei damno eſſe poſſit, quantum in nobis eſt, avertamus *c*. Ad ſummam, ita animo affecti ſimus, ut ne inimicis quidem benefacere dubitemus *d*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

*a* Lev, 19. 18. *Diliges proximum tuum*, ſicut te.

1. Dilectio proximi.

*b* Coloſſ.

II. Humanitas. III. Manſuetudo. IV. Lenitas. V. Patientia. VI. Miſericordia. VII. Averſio damni proximo illati.

*b* Coloſſ. 3. 12. 15. *Induimini* ut electi Dei, ſan-
cti & electi, *viſceribus miſerationum, comitate, mode-
ſtiâ, manſuetudine, lenitate animi.* Et *pax* Dei ſu-
gubernatrix in cordibus veſtris, ad quam etiam vo-
cati eſtis in unum corpus.

Item, Eph. 4. 1. 2. 3. *Incedite* ita ut dignum eſt
vocatione, quâ vocati eſtis: cum omni modeſtiâ ac
manſuetudine, *cum lenitate animi tolerantes alii alii*
per charitatem. *Studentes ſervare unitatem* Spiritu
*per vinculum pacis.*

*c* Prov. 24. 11. *Eripe raptos ad mortem* †: nam
à declinantibus ad necem an cohiberes te?

† Contra jus faſque.

Item, Eſa. 58. 7. *Partire eſurienti panem tuum,*
*& pauperes ejectos introducas domum*, cum videri
nudum, tege eum: & à carne tuâ ne abſcondas te.

VIII. Inimicis benefaciendum.

*d* Matt. 5. 44. Diligite inimicos veſtros, *benedi-
cite iis qui devovent vos: benefacite iis, qui oderunt vos*
& precamini pro iis, qui vobis ſunt infeſti, & per-
ſequuntur vos: ut ſitis filii Patris illius veſtri, qui
eſt in cælis.

Item, Rom. 12. 20. *Si eſurit inimicus tuus*, cib-
*eum; ſi ſitit, da ei potum.* Hoc enim ſi feceris, ca-
bones ignis coacervabis in caput ejus.

Dominica XLI.

## QUÆSTIO CVIII.

*Quæ eſt ſententia ſeptimi præcepti?*

*In ſeptimo præcepto de Adulterio prohibet & execratur Deus omnem turpitudi-
nem* a: *& viciſſim præcipit temperantiam & caſtitatem* b.

### RESPONSIO.

1. Quomodo prohibet omnem turpitudinem? 2. Num in conjugio duntaxat caſtè eſt vivendum?

DEum omnem turpitudinem execra-
*a*: ideoque 1. nos eam penitus odiſſe
& deteſtari debere *b*: Contraque tempe-
ranter, modeſtè & caſtè *c*, 2. ſive in ſacro
conjugio, ſive in vita cælibe vivere opor-
tet *d*.

Teſti-



*Teſtimonia Scripturæ.*

*a* Deut. 27. 20. 22. 23. *Maledictus qui* cubat *cum* Turpitudo.
*uxore patris ſui.* Maledictus qui cubat cum ſorore
ſuâ. Maledictus *qui* cubat *cum ſocru ſuâ.*

Item, Lev. 20. 10. 11. *Qui adulterabit uxorem
proximi ſui, omnino morte plectitor* adulter ipſe &
adultera.

Item, Lev. 19. 29. *Ne profanato filiam tuam pro-
ſtituendo eam:* ut non ſcortetur terra illa, & non im-
pleatur terra illa ſcelere.

*b* Eph. 5. 3. *Scortatio* & omnis impuritas, aut
avaritia *ne nominator quidem inter vos.*

*c* 1. Theſſ. 4. 3. Hæc eſt *voluntas Dei*, nempe
ſanctificatio veſtri: id eſt, ut abſtineatis ſcortatio- Caſtitas.
ne: ſciat *veſtrûm unuſquiſque ſuum* † *vas poſſidere
in ſanctificatione & honore.*

† Corpus ſuum.

*d* 1. Cor. 7. 9. *Quod ſi cælibes ſe non continent,
matrimonium contrahant:* nam melius eſt matrimo-
nium contrahere, quàm uri.

Item, Heb. 13. 4. *Honorabile eſt* inter quoſvis
*conjugium, & cubile impollutum:* ſcortatores autem
& adulteros damnabit Deus.

## QUÆSTIO CIX.

*Nihilne amplius prohibet Deus hoc præcepto
quàm adulterium & id genus turpitudines?*

*Turpitudo hoc præcepto prohibita gemina eſt; una, externa, altera interna.*

### RESPONSIO.

1. CUm corpus & animus noſter tem-
pla ſint Spiritus ſancti: vult Deus,
ut utrumque purè ſancteque poſſideamus:
ideoque 2. facta *b*, geſtus *c*, ſermones *d*:
3. cogitationes *e*, cupiditates fœdas *f*, &
4. quicquid hominem ad iſta allicit, id u-
niverſum prohibet *g*.

1. Cur Deus externam & internam turpitudinem prohibet? 2. Quid intelligis per externam turpitudinem? 3. Quid per internam turpitudinem? 4. Quid præterea Deus prohibet?

Quic-

*Quicquid hominem allicit.* ) Ut ſunt *ebrietas*, per quam Loth inceſtum commiſit, & *otium*, quod Davidem induxit in adulterium. Item *laſcivior cultu* corporis & id genus illa.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

*a* 1. Cor. 16. 18. 19. 20. Fugite ſcortationem omne peccatum, quod fecerit homo, *extra corpu* eſt: ſed qui ſcortatur, *in proprium corpus peccat*. An ignoratis *corpus veſtrum eſſe templum Spiritu ſancti*, qui eſt in vobis, quem habetis à Deo: *neq vos eſſe veſtri juris?* Nam empti eſtis pretio: *glorificate igitur Deum in corpore veſtro, & in ſpiritu veſtro, quæ ſunt Dei.*

Fœda facta.

*b* Eph. 4. 17. 19. Hoc itaque dico & obteſtor per Dominum, ne amplius *incedatis ſicut* reliquæ *Gentes* incedunt in vanitate mentis ſuæ: *qui* dediderunt ſe proterviæ, ad certatim *patrandum impuritatem omnem* cum avaritia. Vos autem non ſic didiciſtis Deum.

Turpes geſtus.

*c* Prov. 5. 20. Et *quare*, fili mi, errares cum extranea, & *amplecteteris pectus alienæ*?

Turpes ſermones.

*d* Epheſ. 4. 9. *Nullus ſermo putris ex ore veſtro egreditor*, ſed ſi quis eſt commodus ad ædificationi uſum, ut gratiam auditoribus afferat.

Item, Eph. 5. 3. 4. Scortatio verò & omnis impuritas, aut *avaritia*, ne nominator quidem inter vos, ſicut decet ſanctos. Et *obſcœnitas*, & ſtultiloquium & ſcurrilitas, quæ *non conveniunt*, ſed potiu gratiarum actio.

Fœdæ cogitationes.

*e* Matth. 5. 28. *Quicunque adſpicit mulierem, u eam concupiſcat, jam adulteravit in corde ſuo.*

Cupiditates fœdæ.

*f* 1. Theſſ. 4. 4. 5. Unuſquiſque veſtrum ſciat *ſuum* poſſidere in ſantificatione & honore. Non *morbo cupiditatis*, ſicut gentes, quæ non noru Deum.

Fomes turpitudinis.

*g* Eph. 5. 18. *Ne inebriamini vino*, *in quo lux eſt; ſed implemini Spiritu.*

Item



Item, Prov. 23 31. 32. 33. *Ne reſpicito vinum*, cum beſcit, *cum exhibet in poculo colorem ſuum*, *indeſi-enter movetur rectiſſime. Tandem velut ſerpens mordebit, & ut hæmorrhois punget. Oculi tui reſpicient alias*, & animus tuus loquetur perverſitates.

Item, Deut. 22. 5. *Non eſto inſtrumentum virile per fœminam, neque induito vir veſtem fœminæ.*

## QUÆSTIO CX.

Dominica XLII.

### *Quid vetat Deus in octavo præcepto?*

*In octavo clancularium*

*cepto de furtis Deus prohibet.* 1. *manifeſtum.* 2. *tum.* 3. *avaritiam.* h. 4. *prodigalitatem.*

### RESPONSIO.

Non ſolum 1. ea furta & rapinas, quas magiſtratus punit *a*: ſed furti omine comprehendit 2. quicquid eſt maum artium & aucupiorum, quibus aliecaptamus, & ad nos vi *b*, aut ſpecie retransferre ſtudemus *c*: qualia ſunt 3. iquum pondus, injuſta ulna, inæqualis enſura *d*: fucoſa merx, fallax moneta *e*: ura *f*: aut alia quævis ratio aut modus m faciendi à Deo interdictus *g*. His adde nnem avaritiam *h*: & multiplicem divirum donorum profuſionem & abuſum *i*.

1. Quid intelligis per notorium & manifeſtum furtum?
2. Quid per occultum furtum?
3. Enumera aliquot ſpecies hujuſmodi malarum artium & aucupiorum.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

Manifeſtum furtum & rapina.

Levit. 19. 11. 13. Ne furamini. *Ne fraudem ito proximo tuo, ne rapito.*

Item 1. Cor. 6. 10. *Neque fures*, neque avari, que ebrioſi, neque convitiatores, *neque rapaces i Dei hæreditatem poſſidebunt.*

Vis.

*b* Luc. 3. 14. *Neminem concutite*, neque dolo oppri-

opprimite : & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.

**Defraudatio proximi.**

*c* 1. Theſſ. 4. 6. *Ne quis opprimat*, & habeat quæſtui *fratrem* ſuum. nam ultor eſt Dominus omnium iſtorum.

**Injuſta Ulna. Pondus. Menſura.**

*d* Lev. 19. 35. 36. *Ne exercitote perverſitatem* in ullo munere, *in dimenſione*, *in pondere* aut *in menſura.* Trutinæ juſtæ, pondera juſta, Epha juſtum, & Hin juſtus eſto vobis.

Item, Prov. 11. 1. *Lances doloſæ abominationi ſunt Jehovæ* : pondus verò integrum acceptum eſt ei.

Item, Deut. 25. 13. 14. 15. Ne *eſto tibi* in loculo tuo *diverſum pondus*, magnum & parvum. Ne eſto tibi domi tuæ *diverſum Epha*, *magnum & parvum.* Pondus integrum & juſtum eſto tibi, ut prolongent dies tuos in ea terra, quam Jehova Deus tuus dat tibi.

**Fallax moneta. Fucoſa merx.**

*e* Amos 8. 4. 5. 6. 7. *Audite hoc qui* dicitis: quando tranſierit hoc novilunium, ut vendamus commeatum ? & Sabbathum, ut minuamus Epham, & majus faciamus pondus, denique quiſquilias frumenti vendamus : *ut aperiamus frumenti horrea ? Jurat Jehova : ne vivam, ſi obliviſcar in æternum omnium operum iſtorum.*

**Uſura.**

*f* Exod. 22. 25. *Si pecuniam mutuo dederis* populo meo pauperi ipſi, qui eſt tecum, *ne eſto ei tanquam fœnerator*, ne imponito ei uſuram.

Item, Pſal. 15. 5. *Qui pecuniam ſuam non exponit fœnori*, & munus contra innocentem non accipit: *nunquam dimovebitur.*

Item, Ezech. 18. 13. *Qui in uſuram dat*, & egentem opprimit ut fœnus accipiat : *hiccine vivet ?* non vivet, omnes abominationes iſtas fecit, omnino afficietur morte : cædis ipſius cauſa in ipſo erit.

**Alia media illicita.**

*g* Jer. 22. 13. *Væ ædificanti domum ſuam injuſtitiâ*, & cœnacula ſua injuriâ, *amici ſui ſervitutem exigenti gratis*, & mercedem operis ejus non danti ei.





**Avaritia.**

*h* 1. Tim. 6. 9. 10. Qui autem volunt diteſcere, incidunt *in tentationem & laqueum & cupiditates multas* amentes & damnoſas, quæ demergunt hominem in exitium & interitum: Si quidem *radix eſt omnium malorum amor pecuniæ.*

Item, Luc. 12. 15. *Cavete vobis ab avaritiâ.*

**Prodigalitas.**

*i* Joh. 6. 12. *Cogite quæ ſuperfuerunt fragmenta, ne quid pereat.*

Item, Prov. 23. 20. 21. *Ne ſis ex ebrioſis* vino, & *comeſſatoribus* ingurgitantibus carne ſeſe. nam ebrioſus & comeſſator pauper fiet: & pannunculos induit dormitator.

Huc quoque pertinet parabola filii prodigi, Luc. 15. verſ. 11. & ſeq.

## QUÆSTIO CXI.

### *Quæ ſunt ea quæ Deus hîc jubet ?*

*In præcepto octavo Deus tria præcipit.*

### RESPONSIO.

**Quodnam eſt primum? 2. Quod ſecundum ? 3. Quod tertium ?**

1. UT commoda & utilitates proximi quantum poſſim, adjuvem & augeam *a*: 2. cum eo ſic agam, ut mecum agi cuperem *a*: 3. ſedulò & fideliter opus faciam, ut aliorum quoque egeſtati ſubvenire queam.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

**Promotio commodorum proximi.**

*a* Deut. 22. 1. 2. 3. *Videns bovem fratris tui aut pecudem ejus devios*, non occultabis te ab illis : ſed *omnino reducito eos ad fratrem tuum. Quòd ſi frater tuus non erit propinquus tibi aut non noſces eum, tùm recipies illum intra domum tuam, ut ſit apud te, donec quærat frater tuus illum*, & illum reſtituas ei. Et ſic facito aſino ejus, ſic etiam veſtimento ejus, & ſic facito omni re amiſſa fratris tui : quùm perierit ei, & inveneris illam, non poteris te ipſum occultare.

* Propriam utilitatem. Item, Phil. 2. 4. *Ne ſua quiſque ſpectate* *: *ſed unuſquiſque etiam quæ ſunt aliorum.*

*b* Matth. 17. 12. *Quæcunque volueritis ut faciant vobis homines, ita & vos facite eis.* Iſta enim eſt lex & prophetæ.

Labores. *c* Eph. 4. 28. Qui furabatur, non amplius furetur, ſed potius *laboret, operando manibus quod bonum ſit, ut impertiri cui opus fuerit.*

† Eleemoſynæ ſunt ſacrificia Deo grata. Item, Heb. 13. 15. *Beneficentiæ verò & communicationis ne obliviſcimini:* talibus enim victimis † delectatur Deus.

Dominica XLIII.

## QUÆSTIO CXII.

### *Quid exigit nonum præceptum?*

*In præcepto nono de falſo teſtimonio prohibentur ſeptem vitia: & viciſſim præcipiuntur quatuor virtutes.*

### RESPONSIO.

1. Quæ ſunt ſeptem illa vitia prohibita? 1. NE adverſus quempiam dicam falſum teſtimonium *a*: nullius verba calumnier *b*: nulli obtrectem *c*, aut convitium faciam *d*: neminem temerè vel indictâ cauſâ condemnem *e*: verùm omnis generis

2. Cur mendicia & fraudes ſunt vitandæ? mendacia *f*, frudes *g*, ut 2. opera Diaboli propria *h*, niſi in me graviſſimam iram Dei concitare velim *i*, omni curâ fugiam: 3.

3. Quæ ſunt quatuor illæ virtutes præceptæ? In judiciis cæteriſque negotiis veritatem ſecter *k*, & id quod res eſt, liberè *l*, & conſtanter profitear *m*: ad hæc famam aliorum & exiſtimationem, quantùm queam defendam *n*, & augeam *o*.

*Nulli obtrectem.*) Obtrectare eſt traducere aliquem.





### *Teſtimonia Scripturæ.*

*a* Exod. 23. 1. Ne efferto rumorem mendacii: ne apponito manum tuam cum improbo, *agendo teſtem injurium.* I. Falſum teſtimonium.

Item, Prov. 19. 5. *Teſtis falſitatum non impunis erit.*

*b* Prov. 4. 24. *Remove abs te perverſitatem oris*, pravitatem labiorum procul amove abs te. II. Calumnia.

Item, Levit. 19. 16. *Ne ambulato cum detrectatione* per populares tuos.

*c* Jacob. 4. 11. *Ne alii adverſus alios loquimini*, qui loquitur contra fratrem, quique damnat fratrem ſuum; loquitur contra legem & damnat legem: quòd ſi damnas legem, non es obſervator legis, ſed judex. III. Obtrectatio.

(*d*) Tit. 3. 1. 2. *Suggere ipſis, ne cui maledicant.* IV. Convitia.

(*e*) Joh. 7. 50. 51. Dicit ei Nicodemus: *Num lex noſtra condemnat quempiam, niſi priùs ex ipſo audierit* & cognoverit quid faciat? V. Condemnatio indictâ cauſâ.

Item, Luc. 6. 37. *Ne judicate*, & non judicabimini; *ne condemnate* †, *& non condemnabimini*; abſolvite, & abſolvemini. † Scil. temerè quam temeritatem in judicando Deus prohibuit.

*f* Levit. 19. 11. *Ne furamini*, & ne *mentimini*, neque fallaciâ utimini ullus in proximum ſuum. VI. Mendacia.

*g* Rom. 3. 13. Sepulchrum apertum guttur eorum, *linguis ſuis ad dolum uſi ſunt*, venenum aſpidum ſub labiis eorum. VII. Fraudes.

*h* Joh. 8. 44. *Diabolus eſt mendax, & pater mendacii.*

*i* Pſal. 5. 7. *Perditurus es loquentes mendacium*: virum ſanguinarium & doloſum abominatur Jehova.

*k* Zach. 8. 18. *Diligite veritatem* & pacem. I. Amor veritatis.

*l* Prov. 12. 11. *Qui loquitur veritatem, annunciat juſtitiam*: teſtis autem mendax doloſus eſt. II. Libera & conſtans profeſſio veritatis.

Item, Eph. 4. 25. Depoſito mendacio, *loquimini veritatem* quiſque cum proximo ſuo.



*m* 1. Cor.

* Non ſum inconſtans in ſermonibus, ſed conſtans ſum perpetuo.

*m* 1. Cor. 1. 17. Hoc cum deliberarem, numnam levitate ſum uſus? aut quæ delibero ſecundùm carnem delibero? ut *ſit apud me etiam, & non* *, Immò fidelis Deus novit ſermonem noſtrum apud vos non fuiſſe, Etiam, & non.

III. Defenſio famæ alterius.

*n* 1. Sam. 19. 4. *Alloquens ergò Jonathan de Da-vide bonis verbis* Saulem patrem ſuum: dicebat ei, ne peccet Rex in ſervum ſuum Davidem, quia non peccavit in te, quinimò facta ejus bono ſunt tibi valde.

IV. Amplificatio famæ proximi.

*o* 1. Sam. 16. 19 Tum reſpondens *unus ex ejus pueris dixit*: Ecce *proſpexi* Filius eſt Iſai Bethlehemitæ: *ſciens pulſare & valens robore, & vir bellicoſus, rerumque intelligens*, ac vir formoſus: denique Jehova eſt cum eo.

## QUÆSTIO CXIII.

Dominica XLIV.

*In præcepto decimo de concupiſcentia duo Deus prohibet ac præcipit.*

### *Quid prohibet decimum præceptum?*

### RESPONSIO.

1. Quæ ſunt illa duo quæ prohibentur?

2. Quæ ſunt illa duo quæ præcipiuntur?

1. NE vel minimâ cupiditate *a*, aut cogitatione *b*, adverſus ullum Dei præceptum corda noſtra unquam ſollicitentur: ſed 2. ut perpetuò & ex animo omne peccatum deteſtemur *c*, contraque omni juſtitia delectemur *d*.

*Ne vel minimâ cupiditate, aut cogitatione.*) Ho[…] eſt, non tantùm cupiditates pravæ, quibus aſſenti[…] & quas explere cupimus, peccata ſunt: ſe[…]mur & quas explere cupimus, peccata ſunt: ſe[…] etiam ipſi primi motus inordinati, tametſi ſint i[…] voluntarii, ex ſententia hujus præcepti pro pecca[…]tis habendi ſunt.

Pravæ cupiditates.

#### *Teſtimonia Scripturæ*

† Nimirum illam eſſe

*a* Rom. 7. 7. Cupiditatem † non noſſem, n[…] lex dixiſſet: *Non concupiſces.*

*b* Ma[…]



*b* Math. 15. 18. Ex corde egrediuntur *cogitationes malæ*, cædes, adulteria, ſcortationes, *furta*, falſa teſtimonia, maledicta.

peccatum.

Cogitationes malæ.

*c* Gal. 5. 24. Qui ſunt Chriſti, *carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiſcentiis.*

Odium peccatoum.

Item, Pſal. 119. 104. *Odi omnem ſemitam falſitatis.*

*d* Rom. 7. 22. *Delector lege Dei*, quod ad interiorem hominem.

Delectatio juſtitiæ.

Item, Matth. 5. 48. *Eſtote vos perfecti*, ut Pater veſter qui eſt in cœlis, perfectus eſt.

## QUÆSTIO CXIV.

*Ne converſi quidem a. imo ne ſanctiſſimi quique b. legem Dei perfectè ſervare poſſunt.*

### *Poſſuntne autem illi, qui ad Deum converſi ſunt, hæc præcepta perfectè ſervare?*

### RESPONSIO.

MInimè *a*: verum etiam ſanctiſſimi quique quamdiu vivunt, habent tantùm exigua initia hujus obedientiæ *b*: ſic tamen 1. ut ſerio ac non ſimulato ſtudio, non ſecundùm aliqua tantùm, ſed ſecundùm omnia Dei præcepta vivere incipiant *c*.

In qua re conſiſtit igitur perfectio eorum in hac vita?

#### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Eccleſ. 7. 20. *Homo nemo* juſtus *eſt* in terra, [q]ui faciat bonum, ac *non peccet.*

Item, Jacob. 3. 2. *In multis impingimus cuncti.*

Item, 1. Joh. 1. 8. *Si dixerimus nos peccatum non* [h]*abere, nos ipſos fallimus*, & veritas in nobis non eſt.

(*b*) Job. 9. 1. 2. 3. *Dixit Job: verum eſt*, novi i[ta] eſſe, *nam quî juſtus eſſet mortalis comparatus cum* [D]eo forti? Si volet litigare cum eo, non poterit re[ſp]ondere ei ad unum ex mille.



Item,

David. Item, Pſal. 19. 13. *Errores quis intelligat?* Me ab occultis abſolve.

Paulus. Item, Phil. 3. 13. *Ego meipſum non arbitror metam apprehendiſſe.*

(c) Pſal. 119. 60. 106. 127. 128. Feſtino, ac *non cunctor obſervare* mandata tua. Juravi quod præſtabo, me obſervaturum *jura juſtitiæ tuæ.* Propterea *amplius diligo* præcepta tua *quàm aurum,* & quidem aurum purgatiſſimum. Propterea quòd *omnia mandata* de omnibus rectè agnoſco.

Item, Rom. 7. 22. *Delector lege Dei,* quod ad interiorem hominem.

Item, Phil. 3. 14. Ea quæ à tergo ſunt, oblivicor, ad ea verò *quæ à fronte ſunt, contendo* †.

[† Ut qui in ſtadio currunt, non retroſpiciunt; ſed ad metam properant, ut illam aſſequantur: ita ego ſpiritualem metam Chriſtianiſmi anhelo: i. e. perfectam agnitionem Dei & ſanctificationem.]

*Tametſi legem ſervare non poſſimus: vult tamen Deus tàm ſevere prædicari duabus de cauſis.*

## QUÆSTIO CXV.

*Cur vult Deus legem ſuam adeò exactè ac ſeverè prædicari, cùm nemo ſit in hac vita qui eam ſervare poſſit?*

### RESPONSIO.

1. Quæ eſt prima?

PRimùm 1. ut in omni vita magis magi que agnoſcamus, quanta ſit naturæ a peccandum propenſio *a*: tantoque avi diùs remiſſionem peccatorum & juſtitia in Chriſto exſpectemus *b*. Deinde 2.

2. Quæ eſt altera?

hoc perpetuò agamus *c*. illud ſemper m ditemur, & gratiam Spiritus Sancti à P tre imploremus *d*, quò indies magis mag



magis ad imaginem Dei renovemur *e*, donec aliquando tandem 3. poſtquam ex hac vita diſceſſerimus, propoſitam nobis perfectionem læti aſſequamur *f*.

3. Quando metam perfectionis aſſequemur?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(a) Rom. 3. 20. *Per legem eſt agnitio peccati.*

Item, Rom. 4. 15. *Ubi non eſt lex, ibi nulla tranſgreſsio legis.*

Item, Rom. 5. 13. 20. Uſque ad legem peccatum erat in mundo, peccatum verò eſſe non putatur, non exiſtente lege. *Lex verò præterea introiit, ut augeretur lapſus ille.*

(b) Rom. 10. 3. 4. Judæi ignorarunt *Dei juſtitiam,* & propriam juſtitiam ſtuduerunt conſtituere: nec juſtitiæ Dei fuerunt ſubjecti: Nam *finis legis eſt Chriſtus ad juſtitiam cuivis credenti.*

Item Matth. 11. 28. Venite ad me (inquit Chriſtus) omnes qui fatigati & onerati eſtis: & ego faciam ut requieſcatis.

(c) Deut. 31. 11. 12. 13. Cum veniens totus Iſraël, comparebit ante faciem Jehovæ Dei tui, in loco quem elegerit: *legito tu legem hanc coram toto Iſraël* illis audientibus congregando populum, viros, fœminaſque, & parvulos, & peregrinum tuum, qui erit in portis tuis, ut audiant & ut diſcant *timeantque Jehovam Deum veſtrum, & obſervantes* faciant *omnia verba legis hujus: Filii quoque ipſorum,* qui experti non fuerint, audientes diſcant timere Jehovam Deum veſtrum, quibuſcunque diebus vivetis in terra, quò ut veniatis hæreditario jure poſſeſſuri eam, mox tranſituri eſtis Jordanem.

(d) Pſal. 119. 4. 5. 33. 34. 35. 36. Tu præcepiſti mandata tua obſervari valdè: utinam comparentur viæ meæ ad obſervandum ſtatuta tua! *Doce me Jehova viam ſtatutorum tuorum,* quam cuſtodiam in finem uſque. *Fac ut intelligam, ut cuſtodiam legem*



tuam,

*tuam, obſervemque eam* ex toto animo. *Fac ut incedam itinere præceptorum tuorum;* Nam eo delector. *Flecte animum meum ad ſtatuta tua.*

(*e*) Rom. 12. 2. Ne configuremini ſeculo iſti, ſed transformemini *per renovationem mentis veſtræ,* ad hoc ut probetis quæ ſit voluntas Dei, bona illa, accepta & perfecta.

(*f*) Item, 1.Cor. 13. 9. 10. Ex parte cognoſcimus: & ex parte prophetamus. *poſtquam* autem *advenerit quod perfectum eſt, tunc quod ex parte eſt, abolebitur.*

Item, 1.Joh.3.2. Chariſſimi nunc filii Dei ſumus, ſed *nondum patefactum eſt quod erimus:* ſcimus autem fore, ut cùm ipſe patefactus fuerit *ſimiles ei ſimus*, quoniam videbimus eum ſicuti eſt.

---

Dominica XLV.

# DE PRECATIONE,

## Quæ eſt altera pars Gratitudinis.?

## QUÆSTIO CXVI.

*Quare Chriſtianis neceſſaria eſt precatio?*

*Precatio Chriſtianis eſt neceſſaria duabus de cauſis.*

RESPONSIO.

1. Quænam eſt prima?

2. Quæ eſt altera?

Quia 1. præcipua pars eſt ejus, quam Deus à nobis poſtulat gratitudinis *a:* Tùm 2. quia illis tantum ſuam gratiam & Spiritum ſanctum Deus largitur, qui veris gemitibus continenter hæc ab eo petunt *b:* & pro iis ipſi gratias agunt c.

*Præcipua pars gratitudinis.*) Quoniam in precatione agnoſcimus Deum fontem ac largitorem eſſe omnium bonorum, hacque ipſa eum ceu optimum, benigniſſimum & beneficentiſſimum patrem celebramus & laudamus. Unde ipſa vox ADORATIONIS in ſacris literis [*ſynecdókicos*] ſæpe de toto cultu Dei uſurpatur.



### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Pſal. 50. 14. 15. *Sacrifica Deo laudem;* & redde excelſo vota tua. Atque *invoca me* in tempore anguſtiæ, eripiam te, ut honore afficias me.

(*b*) Deut.4.29. *Quòd ſi requiretis inde quiſque Jehovam Deum tuum, invenies:,* quùm quæſiveris eum ex toto corde tuo, & ex toto animo tuo.

Item, Matth.7.7. *Petite, & dabitur vobis:* quærite, & invenietis: pulſate & aperietur vobis.

Item Luc. 11. 33. Quantò magis *Pater veſter* cœleſtis *dabit Spiritum Sanctum petentibus ab ipſo.*

Item, Jac.1. 5. Quòd ſi cui veſtrûm deeſt *ſapientia*, poſtulet *à Deo* qui dat omnibus *benignè*, nec exprobrat, & dabitur ei. ſed poſtulet *cum fide, &c.*

(*c*) Pſal. 5. 23. *Qui ſacrificat laudem, honore afficit me:* & qui componit viam, *faciam ut is fruatur ſalute Dei.*

## QUÆSTIO CXVII.

*Quæ ad eam precationem requiruntur, quæ Deo placeat, quæque ab eo exudiatur?*

*Ad precationem Dei gratam requiruntur tria, ut ſciamus. 1. quis ſit invocandus. 2. quid ſit petendum. 3. quomodo ſit orandum.*

RESPONSIO.

1. Quis eſt invocandus?

2. Quid eſt petendum?

3. Quomodo eſt orandum?

Ut à 1. ſolo vero Deo, qui ſe in verbo ſuo patefecit *a:* 2. omnia quæ à ſe peti juſſit *b*, 3. vero cordis affectu petamus *c:* ex intimo noſtræ indigentiæ ac miſeriæ ſenſu *d*, nos in conſpectu divinæ majeſtatis ſupplices abjiciamus *e:* huic firmo funda-

fundamento innitamur, nos à Deo, quanquam indignos, propter Chriſtum tamen certò exaudiri *f*: quemadmodum 4. nobis in verbo ſuo promiſit *g*.

4. Unde certus es de hac auditione?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Pſal. 81. 9. Audi popule mi, & conteſtabor te; ô Iſraël, ſi auſcultaveris mihi: ſi non erit in te Deus fortis extraneus, *neque incurvabis te Deo forti alienigena* honorem exhibens.

Item, Matth. 4. 10. *Dominum Deum tuum adorabis*, & ei ſoli ſervies.

Item, Apoc. 22. 8. 9. Et quùm audiſſem & vidiſſem (inquit Joannes) cecidi ut adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc oſtendebat: is verò dixit mihi, *vide ne feceris*; conſervus enim tuus ſum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui ſervant verba libri hujus. Deum adora.

(*b*) 1. Joh. 5. 14. Hæc eſt fiducia, quam apud Deum habemus, ipſum, *ſi quid petierimus ſecundùm voluntatem ejus, nos audire.*

(*c*) Thren. 3. 41. *Attollamus animum noſtrum* cum manibus *ad Deum* fortem in cœlis.

Item, Pſal. 145. 18. *Propinquus eſt Jehova omnibus* invocantibus ipſum, omnibus *qui invocant ipſum fide.*

Item, Marc. 11. 24. Propterea dico vobis quæcunque precantes petitis, *credite* vos accepturos, & erunt vobis.

(*d*) Luc. 18. 13. *Publicanus* procul ſtans, nolebat vel oculos in cœlum attollere, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: *Deus, placator mihi peccatori.*

Item, Luc. 15. 18. (Filius prodigus) cùm ad ſe rediiſſet, dixit: Quot mercenarii Patris mei abundant panibus! *ego verò fame pereo*, ſurgens proficiſcar ad Patrem meum, & dicam ei, Pater peccavi in cœlum & adverſum te, neque ampliùs ſum dignus vocari filius tuus, &c.

(*e*) Eſdr.



(*e*) Eſdr. 9. 6. *Deus mi, pudet me* & erubeſco *attollere*, Deus mi, *faciem meam ad te*: nam iniquitates noſtræ creverunt ſupra caput: & reatus noſter magnus eſt in cœlum uſque.

(*f*) Dan. 9. 17. 18. *Nunc auſculta Deus noſter orationi ſervi tui*, & deprecationibus ejus *propter Dominum* *: non propter ullam juſtitiam noſtram nos procidentes deprecamur te, ſed propter miſerationes tuas ampliſſimas.

* Chriſtum venturum Salvatorem.

Item, Eph. 3. 12. *In Chriſto habemus* libertatem, & *aditum* cum fiducia, per fidem ipſius.

Item, Heb. 10. v. 19. Quum igitur, fratres, habeamus libertatem ingrediendi ſacrariū per ſanguinem Jeſu, &c. accedamus *cum vero corde & certa perſuaſione fidei*, puris cordibus à conſcientia mala.

(*g*) Joh. 14. 13. *Quicquid petieritis in nomine meo*, † *ego faciam*, ut glorificetur Pater in Filio.

† Propter me & fiduciâ meriti mei.

Item, Joh. 15. 7. *Si manſeritis in me*, & verba mea in vobis manſerint, *quicquid volueritis petite: & fiet vobis.*

Item, Joh. 16. 23. Amen, Amen dico vobis: *quæcunque petieritis à Patre meo in nomine meo, dabit vobis.*

## QUÆSTIO CXVIII.

*Quæ ſunt ea quæ à ſe peti jubet?*

RESPONSIO.

*A Deo ita jubente Chriſto petenda ſunt. 1. Spiritualia. 2. Corporalia. a.*

Omnia tùm animæ, tùm corpori neceſſaria *a*: quæ Dominus noſter Jeſus Chriſtus eâ precatione, quam nos ipſe docuit, complexus eſt.

*Omnia neceſſaria.*) Quæ ſpectant 1. ad gloriam Dei, in prima, ſecunda, & tertia petitione, 2. ad ſpiritualem noſtram neceſſitatem, in quinta & ſexta petitione.

*Teſti-*

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Id ſequenti quæſtione confirmatur, ſex diſtinctis petitionibus quas Chriſtus ipſe nobis præſcripſit.

## QUÆSTIO CXIX.

*Quæ eſt illa petitio?*

RESPONSIO.

*Pater noſter, qui es in cœlis:*
*Sanctificetur nomen tuum:*
*Veniat regnum tuum:*
*Fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, ſic etiam in terra.*
*Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.*
*Et remitte nobis debita noſtra ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris.*
*Et ne nos inducas in tentationem; ſed libera nos à malo.*
*Quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria in ſecula,* AMEN.

*Pater noſter,*) Vide Matth. 6. 9. 11. 12. 13. & Luc. 11. 1. 2. 3. 4.

*Sanctificetur.*) Sanctum agnoſcatur: & tale celebretur ac laudetur.

*Nomen tuum.*) Per nomen Dei Scriptura intelligit ipſum Deum: omneſque ejus proprietates, atque opera: ipſam etiam voluntatem, & omnia mandata Dei.

*Regnum tuum.*) Cœleſte & ſpirituale regnum, quod eſt Eccleſia: cujus ſtatus tam in hac vita quàm in altera, hac parabolâ depingitur, Rex in hoc regno eſt



gno eſt Chriſtus; ſubditi ſunt pii & fideles, quorum officium eſt, ſe Chriſto ſubjicere. Inimici ſunt Diabolus, & omnes ii, qui fraude & dolo Eccleſiam perſequuntur. Atque hoc quidem regnum in hac vitâ initium ſuum capit: in altera vitâ perficietur.

*Voluntas tua.*) Non noſtra: quæ mala eſt.

*Fiat.*) Ita quidem, ut nobis placeat, quod tibi probatur; id agamus ſolùm, quod tibi placet, quodque nobis demandaſti.

*In terra.*) A nobis hominibus.

*Quemadmodum in cœlo.*) A ſanctis Angelis.

*Remitte.*) Condona nobis.

*Debitoribus.*) Iis qui nos offenderunt.

## QUÆSTIO CXX.

*Cur præcipit Chriſtus ut ita Deum compellemus:* Pater noſter?

*Per hæc verba Pater noſter Chriſtus in exordio precationis vult in nobis excitare* 1. *filialem reverentiam* a: 2. *filialem fiduciam erga Deum* b.

RESPONSIO.

UT ſtatim in ipſo precationis exordio convenientem Dei filiis reverentiam *a*, & fiduciam erga Deum *b*, in nobis excitet: quæ 1. noſtræ precationis fundamentũ eſſe debet *c*: nimirum 2. Deum propter Chriſtum nobis Patrem eſſe factum *d*, & quæ verâ fide ab eo petimus, nobis multò minùs negare, quàm parentes noſtri nobis bona terrena denegant *e*.

1. Cur neceſſaria eſt precantibus filialis iſta fiducia?

2. In quare conſiſtit filialis iſta fiducia?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Lev. 19. 3. *Quiſque patrem ſuum timetote* †.

† Quia ergo Deum ap-

(*b*) Eſa. 83. 15. 16. 17. Intuere e cœlis, & vide ex habi-

ex habitaculo ſanctitatis tuæ, & ornatus tui. *Ubi eſt zelus tuus, & maxima potentia tua?* fremituſne viſcerum tuorum & miſericordiæ tuæ erga me continerent ſeſe? *Tu enim PATER noſter es:* quamvis Abraham neſciturus nos, & Iſraël non agniturus eſſet nos: *tu Jehova Pater noſter es:* vindici noſtro à ſæculo nomen eſt tibi.

pellamus Patrem noſtrum, ſimul timorem ei exhibendũ ſignificamus.

Item, Luc. 11. 11. *Ecquis ex vobis Pater, ſi filius ab eo petat panem, lapidem ei dabit?*

(c) Jacob. 1. 6. 7. 8. 9. Poſtulet *cum fide nihil addubitans:* nam qui diſceptat, ſimilis eſt *fluctui maris*, qui ventis agitatur & jactatur. Non enim exiſtimet homo ille *ſe quicquam accepturum à Domino:* ut qui ſit vir animo duplici, & inconſtans in omnibus viis ſuis.

(d) Joh. 8. 12. *Quotquot autem eum receperunt, dedit iis hoc jus, ut filii Dei ſint facti*, nempe iis qui credunt in nomen ejus.

Item, Eph. 1. 5. 6. Prædeſtinavit nos quos adoptaret in filios per Jeſum Chriſtum, *pro benevolo affectu voluntatis ſuæ*, ad laudem glorioſæ ſuæ gratia quâ *nos* gratis *ſibi gratos effecit in illo dilecto*.

(e) Math. 7. 11. *Si vos igitur qui* mali *eſtis, nôſtis* dona bona *dare liberis veſtris: quantò magis* Pater *ille veſter qui eſt in cœlis, dabit* bona *iis, qui petierint ab ipſo?*

Item, Pſal. 103. 13. *Ut miſeretur pater filiorum, miſeretur Jehova timentium ipſum.*

Item, Eſa. 49. 15. 16. *An oblivisci poteſt mulier fœtus ſui*, ut non miſereatur filii uteri ſui? etiam hæ obliviſci poſſint; *tamen ego non obliviſcar tui.*

*Hæc verba*, Qui es in cœlis, *duabus de cauſis uſurpantur initio precationis.*

## QUÆSTIO CXXI.

*Cur additur*, Qui es in cœlis?

### RESPONSIO.

1. Quæ eſt prima?

2. Quæ eſt altera?

1. NE de cœleſti majeſtate humile quippiam aut terrenum cogitemus *a:* 2. Simul



Simul etiam ut ab ejus omnipotentia, quæcunque animo & corpori ſunt neceſſaria, expectemus *b.*

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(a) 1. Reg. 8. 27. *An reverà habitaret Deus in terra: Ecce cœli ipſi & cœli cœlorum non capiunt te.*

Item, Act. 17. 24. 25. *Deus ille qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt, cùm ſit cœli & terræ Dominus, in manufactis templis non habitat: nec manibus hominum colitur, alicujus rei egens.*

(b) Pſal. 115. 3. Deus noſter in ipſis cœlis eſt: quicquid placet, facit.

Item, 2 Chron. 20. 6. Jehova Deus majorum noſtrorum: *nonne tu es Deus in cœlis*, & tu dominaris in omnia regna gentium: ita ut *in manu tua ſit vis ac potentia*, ac nemo tibi poſſit obſiſtere.

Rex Joſaphat.

## QUÆSTIO CXXII.

Dominica XLVII.

*Quæ eſt prima petitio?*

*In prima petitione petimus, 1. ut nomen Dei per nos ipſos ſanctificetur, 2. ut alii per nos ad ſanctificationem ejus alliciantur.*

### RESPONSIO.

SAnctificetur nomen tuum: hoc eſt: 1. Da principiò, ut te rectè agnoſcamus *a:* & lucentem in omnibus operibus tuis 2. omnipotentiam *b*, ſapientiam *c*, bonitatem *d*, juſtitiam *e*, miſericordiam *f*, & veritatem tuam *g*, veneremur, prædicemus & celebremus *h:* Deinde 3. ut univerſam vitam noſtram, cogitationes, ſermones, & actiones eò ſemper dirigamus, ne ſanctiſ- ſimum

1. Quid petimus dùm volumus, ut nomen Dei per nos ſanctificetur?

2. Quid in operibus Dei debemus celebrare?

3. Quid petimus, dùm volumus, ut alii per nos

ad ſanctificationem nominis divini alliciantur?

ſimum nomen tuum propter nos contumeliâ afficiatur *i*: ſed honore potiùs & laudibus illuſtretur.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Eph. 1. 16. 17. *Non deſino* gratias agere pro vobis *mentionem veſtri faciens in precibus meis: Ut* Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater ille gloriæ, *det vobis Spiritum ſapientiæ & revelationis per agnitionem ipſius.*

(*b*) Deut. 3. 24. *Quis eſt Deus* fortis in cœlo & in terra, *qui faciat ſecundum opera tua, ſecundum virtutes tuas?*

Item, Rom. 1. 19. 20. Quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in ipſis. Deus enim eis manifeſtum fecit. *Ipſius* enim intellecta pervidentur, *æterna* videlicet ejus *tùm potentia* tùm divinitas.

(*c*) Pſal. 104. 24. Quàm ampla ſunt *opera tua, ô Jehova! quàm ea omnia ſapienter feciſti!*

(*d*) Pſal. 136. † *In ſæculum eſt benignitas ejus.*

† In omnibus verſiculis.

Item, Pſal. 25. 10. *Semitæ Jehovæ benignitas & fides ſunt.*

(*e*) Dan. 9. 14. *Juſtus eſt Jehova Deus* noſter *in omnibus factis ſuis* quæ fecit.

(*f*) Pſal. 103. 8. *Miſericors & gratioſus Jehova, &* multus benignitate.

(*g*) Pſal. 111. 7. *Opera manuum ejus ſunt veritatis* & judicii: conſtantia omnia mandata ejus.

Item, Pſal. 36. 6. Jehova, in cœlis benignitas tua, *fides tua uſque ad ſuperiores nubes.*

(*h*) Pſal. 51. 17. *Domine labia mea aperias, & os meum annunciabit laudem tuam.*

Item, Pſal. 71. 8. *Repleatur os meum laude tuâ totâ die gloriâ tuâ.*

(*i*) (*k*) Pſal. 21. 4. *Propter nomen tuum agito me & deducito me.*

Item,



Item, Matth. 5. 16. Ita ſplendeat lux veſtra coram hominibus, ut videant veſtra bona opera, & glorificentque Patrem veſtrum, qui eſt in cœlis.

## QUÆSTIO CXXIII.

Dominica XLVIII.

*Quæ eſt ſecunda petitio?*

*In ſecunda petitione petimus triplicem adventum Regni Dei. 1. Gratiæ 2. Potentiæ. 3. Gloriæ.*

RESPONSIO.

VEniat regnum tuum: Hoc eſt 1. regas nos verbo & Spiritu tuo: ut nos tibi magis magiſque ſubjiciamus *a*: conſerva & auge Eccleſiam tuam *b*: 2. deſtrue opera Diaboli *c*: omnemque potentiam ſeſe adverſus majeſtatem tuam efferentem *d*: irrita fac omnia conſilia, quæ contra verbum tuum capiuntur *e*: quoad 3. plenè tandem & perfectè regnes *f*: cùm eris omnia in omnibus *g*.

1. Quid petimus dùm volumus ut adveniat regnum gratiæ?
2. Quid petimus dùm volumus ut adveniat regnum potentiæ?
3. Quid petimus dùm volumus ut adveniat regnum gloriæ?

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Pſal. 143. 10. *Doce me facere voluntatem tuam:* quia tu es Deus meus. *Spiritus tuus bonus deducat me in terra recta.*

Item, Pſal. 25. 4. 5. *Vias tuas Jehova notas fac mihi:* ſemitas tuas doce me.

(*b*) Pſal. 51. 20. *Benefac in voluntate tuâ ipſi Zion, ædifices muros Jeruſalem* *.

* Per Zion & Jeruſalem notatur in Scripturis Eccleſia.

Item, Pſal. 122. 6. 7. *Expetite pacem Jeruſchalaimorum, dicentes: tranquilli ſint amantes tui, ſit pax in præmunitione tua, tranquillitas in palatiis tuis.*

(*c*) Rom. 16. 20. *Porrò Deus pacis conteret Satanam* ſub pedes veſtros citò.

L

Item,

Item, Eph. 6. 11. Induite univerſam illam ar-
maturam, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias diabo-
li; &c. in qua armatura preces quoque referuntur,
v. 18. ejuſdem capitis.

(*d*) Pſal. 129. 5. *Erubeſcent & agentur retrorſum omnes oſores Zionis.*

Item, Pſal. 5. 11. *Reos fac iſtos, ô Deus, decidant de conſiliis: amplitudine defectionum iſtarum depelle iſtos,* quia *rebellant in te.*

(*e*) Pſal. 83. 4. 5. 6. 17. *Contra populum tuum callidè ineunt conſilium*, & conſultant contra abditos tuos: dicentes, agite exſcindamus iſtos, ne ſint gens, ut non memoretur nomen Iſraelis amplius. Nam *conſilium inierunt animis paribus, contra te fœdus pepigerunt. Reple faciem eorum ignominia*, ut requiratur nomen tuum, ô Jehova.

Item, Pſal. 9. 21. *Incute Jehovah timorem eis*: vehementiſſimè agnoſcant gentes ſe mortales eſſe.

(*f*) Apoc. 22. 17. 20. Spiritus & ſponſa dicunt: Veni. & qui audit, dicat: Veni. & qui ſitit, veniat, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Dicit qui teſtatur iſta: Etiam venio citò: Amen. *Veni* igitur *Domine Jeſu.*

(*g*) 1. Cor. 15. 24. 25. 26. 28. Erit finis cum *Chriſtus tradiderit regnum Deo ac Patri, ut Deus ſit omnia in omnibus.*

Dominica XLIX.

## QUÆSTIO CXXIV.

### *Quid eſt tertia petitio?*

*In tertia petitione petimus a Deo.* 1. *ut propriæ voluntati renunciemus.* a. 2. *ſolius Dei voluntati pareamus* b. 3. *Munus noſtrum fideliter exequamur, ſicuti faciunt Angeli in cœlo.*

RESPONSIO.

1. Quomodo Angeli munus ſuũ exequuntur?

F*iat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, ſic etiam in terrâ*: Hoc eſt, Da ut nos & omnes homines voluntati propriæ renunciantes *a*, tuæ voluntati, quæ ſola eſt ſancta, promptè & ſine ullo murmure pareamus *b*: atque ita ſinguli mandatum nobis munus fideliter & alacriter exequamur *c*: quemadmodum faciunt Angeli in cœlo *d*.



*Voluntati propriæ renunciantes.*) Natura omnis voluntas humana mala eſt, corrupta, & voluntati divinæ contraria. Quapropter neceſſe eſt, ut noſtræ voluntati renunciemus, h. e. pravis noſtris cupiditatibus & inclinationibus fortiter reſiſtamus: Illas quantum in nobis eſt, frangamus, atque omnino extinguamus.

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Pſal. 141. 4. *Jehova, non ſinas inclinari cor meum ad rem malam*, ad agitandum actiones per improbitatem cum Magnatibus, qui operam dant iniquitati: neve edam de ſuavibus cibis eorum.

(*b*) Pſal. 119. 33. 34. 35. 135 *Doce me Jehova viam ſtatutorum tuorum, tum aſſervabo eam in finem uſque. Intelligentia inſtrue me; tum aſſervabo legem tuam: obſervaboque eam ex toto corde.* Fac ut incedam in ſemita præceptorum tuorum: nam illa delector. *Greſſus meos firma in ſermone tuo*: & ne des poteſtatem in me ulli iniquitati.

Item, Act 21. 14. *Fiat Domini voluntas.* Pauli comites.

(*c*) Pſ. 103. 20. 21. *Benedicite Jehovæ Angeli ejus*: valentiſſimi robore: *qui efficitis Verbum ejus*: Benedicite Jehovæ *omnes exercitus ejus*: miniſtri ejus, &c.

(*d*) Satis perſpicuum id eſt ipſius petitionis verbis: *quemadmodum in cœlo.*

## QUÆSTIO CXXV.

Dom. L.

### *Quæ eſt quarta petitio?*

*In quarta petitione petimus à Deo omnia neceſſaria ad hanc vitam* a.

RESPONSIO.

1. Quare petimus à Deo omnia neceſſaria ad hanc vitam,

P*Anem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Hoc eſt; ſuppedita nobis omnia quæ ſunt ad hanc vitam neceſſaria *a*: 1. ut per ea agno-

ea agnoſcamus, te unicum fontem eſſe, ex quo omnia bona emanant *b*: ac niſi benedicas; omnem noſtram curam & induſtriam, atque adeo tua ipſius dona nobis infelicia & noxia eſſe *c*. Quapropter da, ut fiduciam noſtram ab omnibus creaturis averſam, in te ſolo collocemus *d*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Pſal. 145. 15. 16. *Oculi omnium ad te ſpectant, quibus tu das eſcam tempore ſuo*, Aperis manum tuam, & ſaturas quicquid vivit, ex beneplacito.

Item, Pſal. 85. 10. 11. 12. 13. *Habitatura eſt gloria in terra noſtra.* Benignitas & fides occurrent inter ſe, *Juſtitia & Pax oſculabuntur ſe. Fides è terra germinabit*, & juſtitia è cœlis proſpectabit. Etiam *Jehova dabit quod bonum eſt*, *ut terra noſtra edat proventum ſuum.*

Item, Prov. 30. 7. 8. Duo *peto abs te*, ne prohibeas à me tantiſper dum vivo. Vanitatem & rem mendacem longè amove à me: paupertatem & divitias ne des mihi: *ale me cibo demenſi mei.*

Item, Geneſ. 28. 20. Præterea vovit Jacob votum, dicendo: Quum fuerit Deus mecum, & ſervaverit me in via iſta, quâ ego profecturus ſum, dederitque mihi *panem ad comedendum*, & *veſtimentum ad induendum*, reverſuſque fuero proſperè ad domum patris mei, denique fuerit mihi Jehova Deus, tum hæc ſtrues lapidum, quam diſpoſui in ſtatuam, erit domus Dei, &c.

(*b*) Pſal. 65. 3. *O qui exaudis precationem, ad te omnis caro ventura eſt.*

Item, Act. 14. 15. 17. *Deus ille vivus* qui fecit cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, *dona nobis tribuit, dedit nobis cœlitus pluvias, ac tempora fructibus edendis apta, implens cibo ac lætitiâ corda noſtra.*



(*c*) Deut. 8. 3. Afflixit te, & fecit ut eſurires: ſed *cibavit te Man*, quod non cognoveras, neque cognoverant majores tui: *ut notum faceret tibi, Non ſolo pane vivere hominem: ſed omni eo, quod prodit ex ore Jehovæ, vivere hominem.*

Item, Pſal. 127. 1. 2. *Niſi Jehova ædificet domum, fruſtra laborant ædificatores ejus de eâ: niſi Jehova cuſtodiat civitatem, fruſtra ſedulus ſit cuſtos. Fruſtra ſint vobis, qui ſummo diluculo ſurgant: qui tarde ſedeant, qui veſcantur cibo dolorum: ita dat dilecto ſuo ſomnum.*

Item, Prov. 10. 22. *Benedictio Jehovæ ipſa ditat, neque addit moleſtiam ſecum.*

Item, Hag. 2. 16. 17. 18. 20. Ex quo ſunt dies illi, *ſi quis venit ad acervum vicenûm modiorum, eſt demùm: ſi venit ad lacum, ut exhauriat quinquagenas menſuras torcularis, vicenarum eſt. Percuſſi vos uredine, & rubigine, ac grandine, totum opus manuum veſtrarum. Sed ab hoc ipſo die benedicturus ſum.*

(*d*) Pſal. 146. 3. 4. 5. 6. 7. *Ne fiduciam habete in ingenuis*: in ullo filio hominum, penes quem nulla eſt ſalus. Et Spiritus ejus revertitur in terram ſuam: die eodem pereunt cogitationes ejus. *Beatus* cui auxilio eſt Deus fortis Jacobi: *cujus expectatio eſt in Jehovah Deo ſuo*: Qui fecit cœlos & terram, mare & quicquid eſt in eis, qui ſervat fidem in ſæculum: Qui exercet judicium erga oppreſſos, dat cibum famelicis.

Item, Pſal. 55. 23. *Rejice in Jehovam curam tuam*, & ipſe ſuſtentabit te.

Item, Pſal. 62. 9. 11. *Confidite ei omni tempore*, ô popule, effundite coram eo animum veſtrum, Deus receptui nobis eſt maximè. Ne confidatis oppreſſioni, & rapina ne evaneſcatis, *opulentia ſi abundet*, *ne apponatis animum.*

Dominica LI.

## QUÆSTIO CXXVI.

*Quæ eſt quinta petitio?*

*In quinta hac petitione petimus remiſſionem debitorum noſtrorum.*

### RESPONSIO.

*Remitte nobis debita noſtra: ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris.* Hoc eſt; nobis miſerrimis peccatoribus 1. omnia peccata noſtra *a*, 2. atque eam etiã pravitatem, quæ in nobis etiamnum hæret *b*, propter Chriſti ſanguinem ne imputes *c*: 3. quemadmodum nos quoque hoc tuæ gratiæ teſtimonium in cordibus noſtris ſentimus, quod firmiter nobis propoſitum habemus, omnibus qui nos offenderunt 4. ex animo *d* ignoſcere *e*.

1. Quid intelligis per debita?
2. Quid eſt remittere debita?
3. Quid eſt, ſicut nos remittimus debitoribus noſtris?
4. Quomodo proximo noſtro debemus condonare peccata?

### *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Pſal. 51. 3. 4. 9. 11. Gratiam fac mihi, ô *Deus*, ſecundum benignitatem tuam, ſecundum amplitudinem miſerationum tuarum *dele defectiones meas. Multum ablue me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Expiato me hyſſopo*, ut mundus ſim: abluito me, ut præ nive albeſcam. *Abſconde iratam faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.*

Item, Pſal. 25. 7. *Peccatorum pueritiæ meæ, & defectionum mearum ne recorderis*: pro benignitate tuâ recordare mei, propter bonitatem tuam Jehova.

Item, Luc. 11. 4. *Remitte nobis peccata noſtra.*

(*b*) Pſal. 51. 6. 7. Tibi, tibi ſoli peccaveram &c. en in iniquitate formatus ſum, & in peccato fovit me mater mea.

Item



Item. Rom. 7. 23. Video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captivum reddentem me *legi peccati*, quæ eſt in membris mei. Miſer ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore mortis? gratias ago Deo per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

(*c*) Rom. 4. 7. 8. *Beati quorum remiſſæ* ſunt *iniquitates & quorum obtecta ſunt peccata.* Beatus vir, *cui non imputavit Dominus peccatum* †.

Item, Matth. 26. 28. Hoc eſt ſanguis meus novi fœderis, *qui* pro multis *effunditur in remiſſionem peccatorum.*

(*d*) Matth. 18. 35. Ita & Pater ille meus cœleſtis faciet vobis, niſi *remiſeritis* ſuo quiſque fratri *ex cordibus veſtris* lapſus eorum.

(*e*) Luc. 11. 4. Remitte nobis peccata noſtra. *Etenim* * *ipſi remittimus omnibus qui nobis debent.*

† Nota iſta æquipollere: remittere peccata: tegere peccata, & non imputare peccata.

* Non ita hoc intelligi debet, quaſi noſtra remiſſio ſit cauſa remiſſionis Dei: quia Deus ex mera gratia nobis remittit peccata. Sic igitur intelligenda ſunt hæc verba. Ne dubitemus de remiſſione Dei: quia effecta ejus in corde perſentiſcimus, quod nimirum parati ſumus ad ignoſcendum proximo noſtro.

Dominica LII.

## QUÆSTIO CXXVII.

*Quæ eſt ſexta petitio?*

*In ſexta petitione petimus à Deo, ut contra hoſtes ſpirituales 1. nos protegat ac defendat a 2. Victoriam nobis largiatur b duabus de cauſis.*

### RESPONSIO.

*Ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos à malo:* Hoc eſt: quoniam 1. ipſi natura adeò debiles & infirmi ſumus, ut ne momento quidem ſubſiſtere poſſimus *a*: 2. infenſiſſimi autem hoſtes noſtri, Satan *b*, mundus *c*, ac noſtra ipſorum caro *d*,

1. Quæ eſt prima?
2. Quæ eſt altera?

ro *d*, nos continenter oppugnant: tu nos ſuſtentes *e*, 3. & Spiritus tui robore firmes *f*, 4. ne in hoc ſpirituali certamine ſuccumbamus *g*, ſed tantiſper illis fortiter reſiſtamus, donec integram tandem victoriam obtineamus *h*.

3. Per quem petimus nos ſuſtentari à Deo?
4. In Quem finem nos ſuſtentari petimus?

## *Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Matth. 26. 41. Vigilate & orate, ne introeatis in tentationem: Spiritus quidem eſt promptus, ſed *caro infirma*.

Item. Rom. 8. 26. Itidem & Spiritus unà ſublevat infirmitates noſtras, quid enim precemur ut oportet non novimus, ſed ipſe Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Item, Joh. 15. 5. Sine me nihil poteſtis facere.

(*b*) 1. Pet. 5. 8. Sobrii eſtote: vigilate. Nam *adverſarius veſter Diabolus*, *tanquam leo rugiens obambulat*, *quærens quem devoret*.

Item. Luc. 22. 31. 32. Simon, Simon, *Satanas appetiit vos*, *quos ventilaret ſicut triticum*: ſed ego rogavi pro te, ne fides tua deficiat.

Item, Eph. 6. 12. Quoniam *non eſt nobis lucta* adverſus ſanguinem & carnem, ſed adverſus imperia, *adverſus poteſtates*, *adverſus mundi dominos*, *rectores tenebrarum ſeculi hujus*, *adverſus ſpirituales malitias*, *quæ ſunt in ſublimi*.

(*c*) Prov. 1. 10. Fili mi, *ſi allicere volent te peccatores*, ne acquieſcito.

Item, Joh. 15. 19. Quia non eſtis ex mundo, ſed ego elegi vos ex mundo, propterea *odio vos mundus habet*.

Item, 1. Joh. 2. 15. 16. 17. Ne diligite mundum: neque ea, *quæ in mundo ſunt*, ſi quis diligit mundum, non eſt charitas in eo. Quoniam quicquid eſt in *mundo*, *cupiditas carnis*, & *libido oculorum*,



*rum*, & *faſtus vitæ*, non eſt ex Patre, ſed ex mundo. Et mundus præterit, & cupiditas ipſius. Qui verò præſtat voluntatem Dei, manet in æternum.

(*d*) Gal. 5. 17. *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum*. Spiritus autem adverſus carnem. Hæc autem inter ſe oppoſita ſunt, ut non quæcunque volueritis eadem faciatis.

Item, Jac. 1. 4. Unuſquiſque tentatur, dum à propria cupiditate abſtrahitur & ineſcatur.

(*e*) 2. Cor. 12. 7. 8. Datus eſt mihi ſurculus infixus carni: & *Angelus Satan*, *ut me colaphis cædat*, ne ſupra modum efferar. *Super hoc ter Dominum rogavi*, *ut abſcederet à me*, & dixit mihi, ſufficit tibi gratia mea, nam potentia mea in infirmitate perficitur.

(*f*) Eph. 3. 14 16. *Flecto genua mea ad patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti*: *ut det vobis* pro divite ſuâ gloria, *ut fortiter corroboremini per ſpiritum ſuum in interiori homine*.

(*g*) Eph. 6. 10. 11. 12. Quod reliquum eſt, fratres mei, *corroborate vos per Dominum*, & per forte ipſius robur. Induite univerſam illam armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias Diaboli; & *ut poſſitis reſiſtere tempore adverſo*; & *omnibus confectis ſtare*.

(*h*) Rom. 16. 20. *Porrò Deus pacis conteret Satanam ſub pedes veſtros citò*.

Item, 1. Theſſ. 3. 23. *Faxit Dominus*, *ut corda veſtra inculpata ſtabiliat* in ſanctimonia coram Deo & patre noſtro *in adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus ſanctis ſuis*.

Item, 1. Theſſ. 5. 23. *Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos totos*: & integer veſter ſpiritus & anima & corpus inculpatè *in adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti ſerventur*.

*Concluſio precationis admonet, omnia beneficia præcedentia nos tribus de cauſis à Deo petere.*

## QUÆSTIO CXXVIII.

*Quomodo concludis precationem tuam?*

### RESPONSIO.

1. Quæ eſt prima? 2. Quæ eſt ſecunda? 3. Quæ tertia?

*Quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria in ſecula.* Hoc eſt: omnia hæc ideo à te petimus, 1. quia cum & rex noſter, 2. & omnipotens ſis, omnia nobis & vis *a*, & potes largiri *b*: 3. atque hæc quidem ideo petimus, ut ex iis non ad nos, ſed ad ſanctum nomen tuum omnis gloria redeat *c*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Pſal. 5.3. *Attende voci clamoris mei, Rex mi,* & Deus mi, nam apud te orationem habeo.

(*b*) 2. Chron. 20.6. *Jehova Deus majorum noſtrorum:* nonne tu es Deus in cœlis, & tu dominaris in omnia regna gentium, ita ut *in manu tua ſit Vis & Potentia*, ac nemo tibi poſſit obſiſtere?

Item, 1. Chron. 29. 11. 12. Tua eſt, ô Jehova magnitudo & potentia, & gloria, & æternitas, ac majeſtas, immo omnia in cœlo & in terra. Tuum eſt Jehova regnum, ut qui te extollis ſupra omnia in caput. Nam divitiæ & gloria à facie tua ſunt, & tu dominium habes in omnia, & in manu tua Vis & potentia, *in manu*, inquam, *tua magnificandi & confirmandi rem quamlibet.*

(*c*) Pſal. 115. 1. Non nobis Jehova, non nobis, ſed *nomini tuo da honorem*, propter benignitatem tuam, propter fidem tuam.

Item, Eſa. 37. 20. Nunc itaque Jehova Deus noſter, *ſerva nos* è manu illius *, *ut cognoſcant omnia regna terræ; te Jehovam ſolum eſſe.*

*Sennacheribi, qui contra teipſum inſurgit.

Item, Dan. 9, 19. *Domine* exaudi, Domine condona,

condona,



dona, Domine attende, & *effice; ne tardato: propter te*, Deus mi: quia de nomine tuo vocatur civitas tua, & populus tuus.

*Particula AMEN de exauditione nos certos reddit.*

## QUÆSTIO CXXIX.

*Quid ſibi vult particula AMEN.*

### RESPONSIO.

1. Cur nos certos facit? 2. Quid de exauditione precum tuarum credere debes?

1. Rem certam ac ratam eſſe *a*: Nam 2. precatio mea multo certius eſt exaudita à Deo, quàm ego in corde meo ſentio, me illud ex animo cupere *b*.

*Teſtimonia Scripturæ.*

(*a*) Jerem. 28.6. Tum dixit Propheta Jeremias: AMEN, *ita faciat Jehova, præſtet Jehova verba tua* quæ propheta ſti.

Item, 2. Cor. 1. 20. *Omnes promiſsiones Dei in ipſo ſunt Etiam, & in ipſo ſunt AMEN,* (nempe in Jeſu Chriſto) ad Dei gloriam, per nos.

(*b*) Eſa. 65. 24. *Eritque nondum clamantibus, ut ego reſpondeam;* adhuc ipſis loquentibus, ut ego exaudiam.

Item, Eph. 3. 20. *Deus* infinitâ cum redundantiâ *poteſt omnia facere ſupra ea, quæ petimus, aut mente concipimus*, pro vi illa agente in nobis.

FINIS CATECHESEOS.

PRE-

# PRECATIONES

## aliquot privatæ & publicæ.

### *Precatio antequam ad opus accedatur.*

OMnipotens, miſericors Deus, agimus tibi gratias, quod nos hanc noctem adeo clementer cuſtodieris, & in hunc diem nobis vitam produxeris: Rogamus, ut nos hoc etiam die protegas, & nobis gratiam largiaris, quo eum totum in iis rebus tranſigamus, quæ tibi gratæ ac acceptæ ſint: & ut jam Solis tui radiis univerſum orbem terrarum illuſtras, ſic etiam Spiritus tui ſplendore obſcura mentis noſtræ illumines, ne à ſemita juſtitiæ tuæ aberrantes, in hanc vel illam partem declinemus: te ſemper omnia noſtra intuentem, nobis ante oculos proponamus; te noſtrarum cogitationum, dictorum factorumque omnium teſtem & vindicem agnoſcamus, ac revereamur: nec quicquam ſit, quod magis metuamus, quàm ne te tam benignum Patrem offendamus: quicquid aggredimur, aut inſtituimus, illud nobis perpetuò ſit propoſitum, ut id ad tuam unius gloriam, & aliorum utilitatem referamus. Ad hæc quoniam conſilium ſalutare, occaſiones idoneæ, & felices rerum ſucceſſus ac eventus penes te unum ſunt: fac ut hæc omnia à te ſolo petamus & accipiamus. Effice præterea, clementiſſime Pater, ne in parandis iis, quæ ad hujus vitæ neceſſitatem pertinent, tantum curæ ac laboris impendamus, ut interea res cœleſtes negligamus, aut ſegnins tractemus: ſed ut primùm ſemper quæramus regnum tuum, & juſtitiam ejus, nihil dubitantes, quin ſic agentibus, cætera omnia ſis adjecturus. Tuere etiam ac defende hoc fragile corpus & animam noſtram. Inſtrue nos conſiliis & robore Spiritus tui, adverſus tot ac tam varios inſultus quibus in hoc mundo omnibus momentis expoſiti ſumus. Quoniam verò nihil eſt rectè incepiſſe, niſi etiam gnaviter perficiamus: Oramus te, ut ne hoc tantum die nos in tuam tutelam ſuſcipias, ſed ut porrò etiam per omnem vitam dux noſter & defenſor eſſe velis, confirmans & adaugens dona, quæ pro tua bo-

nitate



nitate & miſericordia in nos indignos peccatores contuliſti: quoàd plenè tandem ac perfectè nos capiti noſtro Chriſto adunias, qui cum ſit unicus ille Sol juſtitiæ, nos æterna ſua luce & lætitia complebit. Interea autem dum in hac ærumnoſa vita degimus, mitte fideles Paſtores animarum, & per verbum eorum ſit efficax Spirirus tuus Sanctus in cordibus auditorum, ut magna tibi Eccleſia colligatur, & deſtruantur opera diaboli. Armes magiſtratum divino tuo robore, ut Eccleſiam & Politias defendat. Conſolare & confirma, quotquot ſunt animo vel corpore afflicti. Ut autem hæc tanta bona à te petere & expectare audeamus, condona uobis noſtra triſtia peccata, propter filium tuum chariſſimum JESUM Chriſtum, qui nobis promiſit, quicquid à te fiducia ſui petiverimus, te id nobis certiſſimè daturum eſſe. Ideoque ſic precari juſſit: *Pater noſter, &c.*

### *Precatio priuſquam puer ad ſcholam eat.*

Pſal. 119. 9. 10. *In quo inſtituet adoleſcens viam ſuam? Si prudenter ſe gerat juxta ſermones tuos.*
*Ex animo te exquiſivi, ne ſinas me aberrare à præceptis tuis.*

AGo tibi gratias, clementiſſime Deus, cùm pro aliis tuis ſummis & infinitis beneficiis, tum vel maximè, quod pro tua ſingulari miſericordia, me ad agnitionem Euangelii tui vocaſti, præceptoribus me tradidiſti, qui optimis literis & artibus me inſtituerent, meumque animum ſanctis ac honeſtis præceptis imbuerent: Da ut rectè agnoſcam, qualia & quanta ſint hæc tua dona: & pro his tibi ſemper gratiam agam. Largire mihi porrò etiam gratiam tuam, & nebulis mentis meæ diſcuſſis, me Spiritus tui radiis illuſtra, ut ea, quæ mihi à præceptoribus proponuntur, cupide & feliciter diſcam, fideliter retineam, prompte & cum judicio reddam, ne & præceptorum & meus labor, pretioſum tempus, atque hæc tam commoda mihi abs te data occaſio, & qui à me fructus exſpectantur, turpiter mea ignavia & ingratitudine pereant. Id ne fiat, largire mihi Spiritum tuum ſanctum, autorem omnis intelligentiæ & veritatis, qui me veracem, & his percipiendis aptum & idoneum reddat. Da etiam, ut cuicunque ſtudio meum animum applicem, illud mihi

ſemper

ſemper propoſitum ſit, ut te ſolum agnoſcam verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum: atque ita te pura conſcientia colam. Cæterùm, quoniam iis ſapientiam promittis, qui animo ſunt ſubmiſſo & humili, velut pueri, eos autem qui arrogantes ſunt & elati, tuis donis orbatos, tradis vanitati: eradica ex corde meo omnem ſuperbiam, ut humilis effectus, me tibi primum, deinde etiam iis, quorum me diſciplinæ tradidiſti, docilem & obedientem præbeam: atque ita me paulatim præparem, ut in obeundo munere, quod mihi olim es aſſignaturus, tuæ ſolius gloriæ atque aliorum utilitati ſervire poſſim.

Item, Pſal. 25. 14. *Secretum Domini timentibus eum, & fœdus ſuum notum illis facit.*

## *Precatio antequam capitur cibus.*

Pſal. 145. 15. 16. *Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu das eſcam illis* in tempore opportuno, *tu aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione.*

OMnipotens, clementiſſime Deus, qui immenſa bonitate omnia ex nihilo condidiſti, quique eadem perpetuò divina tua potentiâ ſuſtines ac gubernas, qui duxiſti Iſraëlitas per deſertum, paſcens eos Mannâ annos quadraginta: benedic nobis miſeris ſervis tuis, atque tua dona ſanctifica, ut iis ſobriè ſanctéque fruamur, atque ex iis agnoſcamus te verè nobis Patrem eſſe, & fontem omnium bonorum. Da præterea, ut his corporalibus bonis utentes, ita ſemper affecti ſimus, ut præcipuè quæramus ſpiritualem illum cibum verbi tui, quo animæ noſtræ ad vitam æternam nutriantur, quam nobis Chriſtus pretioſo ſuo ſanguine paravit. *Pater noſter, &c.*

Sic præcipit Chriſtus, Lucæ 21. 34. 35.

*Cavete vobis, ne quando graventur corda veſtra crapula & ebrietate, & curis hujus vitæ, & repente vos opprimat dies ille tanquam laqueus.*

## *Gratiarum actio poſt ſumptum cibum.*

Sic præcipit Dominus, Deut. 8. 10. 11

*Cum comederis & ſatiatus fueris, gratias ages Domino Deo tuo, nec unquam committas ut obliviſcaris Domini Dei tui, & præcepta ejus negligas.*

CATECHESIS RELI-
GIONIS CHRISTIANAE

VARADINI, 1652.
CSONKÁ

SzK II. 784.
Lh: ESZTERGOM

FINIS
VÉGE